

(2)

MICHAELIS FRIDERICI
LOCHNERI,
ARCHIATR. CAESAR.

NERIVM

Sive

RHODODAPHNE

VETERVM et RECENTIORVM,

qua

NEREI ET NEREIDVM

MYTHOLOGIA,

AMYCI LAVRVS,

Saccharum Al-hafchar, et Ventus ac
Planta Badfamur

aliaque explicantur,

ac diversis Sacrae Scripturae locis lux
affunditur.

Acedit

DAFNE CONSTANTINIANA.

NORIMBERGAE,

Apud Haeredes JO. HOFFMANNI

Anno 1716.

MICHAELIS FRIDERICI

LOCHNERI

ARCEUTHI CAELII

NERIVM

RHODODAPHNE

VERVM RECENTIORVM

NEREI ET NEREDVM

METHODO

AMYLUM

Saccharum Almidum



ac diversis Saccharis

DAPHNE CONSIDA

NORINBERG

Apud H. G. ...

18...



*N*erii, quod hic cernis, has scribendi causas accipe, B. Lector, et occasionem. Obtulerat hortulanus sosti loco floridulas Nerii plantulas, quibus hortulum in aedibus meis pensilem, aliis flosculis nitentem, exornaret. Domum redux attentis eas oculis intuens, Errant, a jebam, qui in amoenam te et minus amabilem plantam vocant, et Grajae originis Nerion a ^{vn} particula negandi et ^{εραμίας} amo, dictam volunt, cum ex aliorum mente Dii marini Deaeque nomen tibi imposuerint. Obviabant menti, quicquid olim hac de planta lectum mihi collectumque, quum erudita cum Musis essent otia. Destinabam huic plantae a plurimis neglectae, ad ^{πινγίαν} animi fallendam, hoc, quod nunc cernis, schediasma; tempus tamen deerat mihi, tot practicis distracto curis, tot praepedito negotiis clinicis molestisque domesticis, strepente insuper aegrorum multitudine, clangente, dum in aedibus haereo, singulis momentis campanula, aegrorum advolantium praenuntia. Distuli autem usque dum me rusticantem haberet villa mea Humelsteinensis, quae tum valetudinis, tum animi laxandi gratia me verno tempore, aestateque aliquoties recipit, et a curis sollicitudinibusque longissime retinet. Hic aliqua curarum omnium vacuitas, et aegritudinis cur-

Haec silentium, non nisi suavissimo dulcissimoque avicularum concentu, nescio interruptum, an continuatum dicam. Pacatissimus hic loci genius, tranquilla animi quiete connexus, nil aliud quam Musas, quam literas inspirat. Dum igitur nemini in Vrbe nostra domi essem, dulcissimo interim genero, aegrorum meorum valetudini indefesso studio invigilante, in praedioli mei delitescens otio, lectioni collectionique meae vacans, has de Nerio corrafi plagulas, nec enim derasis quid unguibus elaborandi, otium debitum suppetit ingenique mei permittit imbecillitas, spe firma fretus voluntatem publico inserviendi fore acceptam, licet vires operi rite et ad gustum seculi exequendo defuerint. Quod si minus displicuerint, hae negotiosi mei otii Humelsteinensis primitiae, plures expectabis hujus veteris botanici studii dissertatiunculas et cum Historia Medicorum ex nummis et statuis illustrata, Aselepiadeas Antiquitates. Vale, B. L. et aequiori facilique censura fac, ut mei laboris me ne poeniteat.





NAT. HIST. PLINII NAT. UR. E.

CAESAREO-LEOPOLD. CAROLI

CURIOSORUM ACADEMIE

CLEMENTISS. CAESAR. PRIVILEG.
IMPRESS.

NUNQUAM
OTIOSUS



CAP. I.



Um ex ingenua *Plinii Hist. Nat. libr. 24. cap. 11. confessione, Nerion ne nomen quidem Latinum invenerit, aliunde ejus natales eruendos credidere, quibus hoc studii genus curae cordique: Sunt, qui ex Graeca; sunt, qui ex Ebraea accersant lingua, impari quidem conatu, pari tamen successu; quippe, quod in Graecia quaerunt, id Ebraeis in fontibus reperi-*

unt. *νηρόν humidum* natales Nerii nonnullis suggerit; sup-
 peditat hoc נר ac נהר quo Ebraei, Aramaei et Arabes *fluvium*
 designant; et Phoenicibus pariter, teste Excell. Clerico in He-
 siodi Theogon. נהרות *fluvius*, et Chaldaicum plurale faemi-
 ninum נהרות *Neharoth, Flumina*, significant. Sic Graecae Ne-
 rii origines, ex orientalibus scaturiunt. Hinc antiquioris
 Graeciae incolis, aequae ac infimae aetatis, *νηρόν* ac *νερόν* *aquam*
 denotat, et *νερών*, *locus aquis irriguus*. Ac inde *νερωϊακός* atque

A

νερώ-

νερώνιος λίθος, non quidem a Nerone Caesare, vel a Nerone aliquo artifice gemmario; sed forte ab aqueo splendore, quod sit tralucidus ac limpidissimus. Vid. ὁ Πάνυ Salmas. in Solin. Sic νηρὸν τόπον apud Lycophronem Grammatici exponunt τὸν κοῖλον καὶ κάθυγρον. Adde Galenum in Exegesi voc. Hippocrat. τὸ ὑγρὸν, νηρῶδες. *Humidum, liquidum, fluxile.* vid. Illustr. Reines. Inscript. oper. Not. ad Class. I. N. CLXXXIV. Pro νηρὸν dicitur quoque ναρὸν. Hesychius: ναρὸν, σάρον, κόρημα, πλησιονήν, ὑγρὸν. Idem: νάρη, (sic scribendum, vulgo νάπη) ὑλώδης, σύμφυτος τόπος, καὶ κοῖλος, καὶ ὑδατώδης καὶ ὄρειος (scribe ταπεινός) τόπος. *Sylvestris, frondosus, aqueus, humilis, locus.* Et alibi: Νηρὸν, τὸ ταπεινόν. Ad quae verba Cl. Guietus commentatur, legendum esse ὑδάτινον, cum id νηρὸν significet. Et pro νηρὸν leg. νεαρὸν. Ex Hesychio verba paene eadem repetit Varinus Phavorinus Camers, Episcopus Nucerinus, in Lexic. p. 1308 Facit huc quoque locus Suidae: νηρίης θαλάσσιος κόχλος (scribe κόγχος) ἐκ τοῦ νέω, νῶ, νήσω, τὸ κολύμβω, νηρὸς ἰχθύς καὶ νηρὸς μυχὸς παρὰ λυκόφρονι ὁ κοῖλος ἢ κάθυγρος. *Nerites cochlea marina; a νέω nato. νήσω natabo. Nerus piscis et Nerus recessus apud Lycophronem cavius vel humidus.* Edit. Aemil. Port. T. II. p. 226. Auctor quoque Etymologici ναρὸν per ὑγρὸν exprimit; et Proverbia seu dicta vulgaria MS. id confirmant: ὡς εὔρης τὸν νερὸν, Φάγε τὸν λαγών. Hermodorus Rhegius in Adagiis MS. tis: ὅταν διψᾷ ἢ αὐλή σκ, ὄξω νερὸ μὴ χυώης. Anonymus de Locis Hierosolymitanis cap. 15. καὶ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ σπηλαίου εἶναι ὁ τόπος, ὅπου ἔχωσε ἢ σαλώμη τὸ νερὸν, ὅπου ἔλουσε τὸν χειρῶν. A voce νηρὸν et νερὸν nomen habere videtur fluvius Ναρὸν dictus, quem inter et Drillum cippus Cadmi sepulchri loco erectus, cum incisus duobus draconibus. Vid. Cl. Bochartus Canaan. libr. I. c. 23. Item *Nar* fluvius, de quo *Ennius* Fragm. VII. An, libr. *Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.*
Et Silius Italicus libr. VIII.

Narque

Narque albescentibus undis.

Forte ad imitationem Virgilii:

Sulphurea Nar albus aqua.

Sic *Nares* apud *Vitruvium* et *Vopiscum* sumuntur pro exitu, quo humor egeritur, et fossis, quibus aqua educitur. Vid. de Laët Lexicon Vitruvianum p. 74. et *Narica*, genus piscis minuti apud S. Pomp. Festum, ubi Scaliger *Naritam* legit ex Plauto. Sunt et alia inde denominata: νερολόγιον, *Clepsydra*; Νεροφίδιον, serpens aquaticus, *Natrix*; νεροφόρος, *aquarius*; νερόμυλος idem quod ὑδρομύλιον, *Molendinum aquarium*. Plura adhuc apud mediae et infimae aetatis Graecos, ubi νερόν pariter *aqua*. Glossae: ὕδωρ ἀθροιστὸν καὶ συλλεκτὸν, νερόν σωρευμένον καὶ συναγόμενον. *Auctor*, qui de *Avibus* libellum scripsit, cui *Titulus*: ὀρνεοσόφιον κελύσει γεγονὸς τοῦ αἰοιδίμου βασιλέως κυρίου Μιχαήλ. cap. περὶ βλάβης ὀρνέου, *de laesa ave*: κάθισον αὐτὸ, ἵνα πῖν νερόν. *Depone ipsam, ut bibat aquam*. Et paulo post: πάλιν κάθισον εἰς τὸ νερόν, *postea depone ad aquam*. *Auctor Hippiatrices* cap. 64. καὶ ποιεζόμενος τὸ νίτρον σὺν τῷ νερῷ. *Exhibe bibendum nitrum cum aqua*. *Nicolaus Myrepsus*, vulgo *Praepositus*, passim hac voce νερόν utitur, cujus tamen significationem eruditissimus alias interpretes ignoravit. Sic libr. de Drosetis c. 52. νεροκάρδαμα, νεροσέλινα, quae doctissimus ceteroquin Fuchsius per recentia nasturtia et radicem apii vertit: interpretanda sunt *Nasturtium aquaticum* et palustre *Apium*, quod ἐλαιοσέλινον antiquis dictum. Idem *Myrepsus* Sect. I. Antidot. quingentesimo. Αντίδοτος ἢ λεγομένη λαλινισὶ ἄγουα βίλα, γράμικισὶ νερόν τῆς ζωῆς. Torquet locus interpretem, cum vim vocis νερόν non intellexisset, quippe extra omnem controversiam vertendum, λαλινισὶ ἄγουα βίλα, latine *Aqua vita*: hoc enim Graeca verba νερόν τῆς ζωῆς sonant. Id quod Graeco-Barbari per vocem *Raki* exprimunt. Vid. laboriosissimus *Carolus du Fresne*, Dominus du Cange in Gloss. med. et infim. Graecit. p. 1280. Corrigenda sic alia loci apud Nicolaum Praepositum veisio

sect. I. Antidot. d. v. μετὰ νεροῦ καμπιούζας, scribe, μετὰ νεροῦ
καμπιούζας, cum aqua tussilaginis. Vid. plura apud Cl. Bodaeum
a Stapel in Theophrast. Hist. Plant. Libr. IV. cap. 12. p. 484.
et Dominum du Cange l. cit. p. 991. seqq.

Sed, inquires, cur νερόν et νερόν Nerii origo? Dioscorides
dubium solvit, dum scribit: παραθαλασσίαις τόποις καὶ ποταπο-
ταμοῖς, maritimis locis et juxta flumina, Nerion nasci. Sic ripae
fluvialis margini adnasci traditur Apulejo Metam. libr. IV.
Vidit primum ad Benaci ripas Matthiolus et in maritimis Se-
nensibus. Ad aquarum fluentia reperiri, testatur Camerarius
noster in Creta. In Montis Baldi parva Insula Monachorum
minorum D. Francisci abundanter provenire Nerion, albis et
rubris floribus ex saxis nudis prope aquas pullulans, Pona
trahit; et Cl. Bodaeus a Stapel affirmat, non admodum fre-
quens esse, nisi tepidioribus ad meridiem mareque vergen-
tibus fluentorum crepidinibus et litoreis, cujusmodi ad Ol-
biam Gallo Provinciae, Genuam Ligurum, ad Libornam, ar-
cem portumque maritimum Tusci Tyrrhenique maris. Ex-
tra Europae fines ad sinum Persicum Indiaeque orientalis li-
tora nomine *Badsamur* provenire, alibi demonstrabimus.
Rauwolfius circa Tripolim Syriae in udosis provenire, vocari-
que *Desti* prodit. Martinius in Lexico Etymologic. ab *Avi-
cenna* vocari *Aldiphli*; in ejus Canone Med. lib. II. Tr. II.
p. 105. a Cl. Plempio edit. *Disti* legitur, qui insuper in *sylve-
stre* et *fluviatile* dispescit; *Plinii*que illud confirmat, *scatere*
Nerio *sylvas* in *Ponto*, quod *propagine* et *semine* seratur. *Ra-
pbelengius* in Lexico Arabico רפלה *Rhododaphne*. Glos. רפלה
in *Aruch*: Lignum lethiferum רפלה. Crederem vocem *Desti*,
Dephli, *Dafti* et *Daphli* detortam esse a voce *Daphne* vel *Daf-
ne*, quae laurum aequae ac humidum denotat: quippe locus
ille delitiis et asylo ac delubro Apollinis et Dianae famosus
prope Antiochiam, *Daphne* dictus olim, (cujus 2 Maccab.
c. 4. v. 33. mentio injecta, ubi Theon natus et Germanicus
mor-

mortuus ,) abolita appellatione ista vocari coepit *Nero Syris* et Arabibus, ac posterioribus Graecis; propter aquarum scaturigines , *συνηρεφές ἄλσος, διαρρέόμενον πηγαίοις ὕδασι, ορα-
cus lucus, irriguus fontanis*, teste *Strabone*. lib. 16. Hoc autem nomen antiquissimae ejus appellationi consentit plane. Nam *Numer* cap. 34, qui locus dicitur tum *Moyfi*, tum ejus paraphraetae *Onkelos* *נר* *fons*, aliis Hebraeorum interpretibus est *נר* *Daphne*. Vid. incomparabilis *Casaubonus* Not. ad *Capitolin.* in *Marc. Philosoph.* Et ut propius iterum ad *Nerion* accedam, hodie *Dafni* nomen est celebris monasterii *Calogerorum* in *Attica*, medio inter *Athenas* et *Eleusinen* situ, a *Nerio* sive *Rhododaphne*, quae ibi ubertim crescit, appellati, de quo vid. *Nobiliss. Sponius* in *Itiner. Graec.* P. II. p. 275.

Sic haud absurde quis dixerit, *Nerii* seu *Celtici Promontorii* in *Hispania Tarraconensi*, hodie *capo di St. Maria finis terrae* incolas, *Nerientes* dictos, (quo ab aliis *Celticis*, qui *Pasamaici* dicebantur, hoc nomine distinguerentur) a *Nerii* ubertate nominatos fuisse. Et *Nerine* *Insula*, sub quam *Tiphoeus Terrae* filius, qui serpentinis pedibus *Jovem* de caeli possessione cum conaretur detrudere, ab hoc fulmine percussus et coniectus est, a *neriiferis* litoribus sic nominata: uti et *Insula* una e *Fortunatis* a *Solino* *Nerion* dicta; forte *Νήριον* a *Nerii* multitudine, vel quod maximo *Salmasio* placuit, ab illis stagnis, quae in montibus ejus haberi, tradit *Solinus*, a voce *Nero*, *Aqua*. Et forte *Nericon* *Leucadiae* urbs, a mari olim remota, postea perfosso ab incolis isthmo, ad illud translata, hodie *St. Maura* dicta, nomen inde pariter obtinuit; pro quo *Nerico* *Leucadiae* urbe, male *Plinius* *Neriton* ponit, hoc annotante magno *Salmasio* in *Solin.* *Νήριον* enim mons *Ithacae*; *Νήρικον*, uti jam innuimus, urbs *Leucadiae*. Hunc quoque errorem erravit *Stephanus Byzantinus* de *Urbibus*. Recte tamen ex *Homero* distinguit *Strabo*, eosque reprehendit, qui

indistincte habent. Contra *Dionysius* montem Ithacae Νήε-
κον, qui νήπιον est, Νηπιῖν ἰθάκην dicit, quae est Νηπιῖν.

Nec mirum, a Nerii planta, haecenus dicta nomen tra-
xisse, cum sexcenta loca a plantis denominata esse, *Eusta-
thius* ad *Iliad.* ☉ p. 368. observet. Quae illustrent insuper
exempla Φύλωνύμων id genus locorum, *Cyparissi*, *Eleae*, *Daph-
nus*, *Sycarum*, *Cotinusae*, *Selinuntis*, *Tremithus*, *Rhamnusiae*,
Cerasuntis, *Ericusae*, *Myrrhinae*, quae nomina haud male
deducere videntur Graeci Grammatici a cognominibus apud
eosdem Graecos arboribus aut plantis, *Cypresso*, *Olea*, *Lauro*,
Ficu, *Oleastro*, *Apio*, *Therebintho*, *Spina alba*, *Ceraso*, *Eryce*,
Myrtho. Sic *Stoechas* planta in *Cycladibus* frequens, a qua
Stoechades Insulas ad mare Ibericum derivat magnus
noster *Galenus* libr. I. de *Antidot.* p. 435. Edit. Graec. Basil.
et apud *Ammian. Marcellinum* Libr. XXIII. cap. V. oppidum
Zaicha, in finibus Romani et Persici Imperii locus, qui *Olea*
arbor interpretatur. Sic Insulam *Pityusam* a *Pinus* copia dici,
in *Pinu nostra* demonstrabimus. Et infelix *Scythico* servit
quæ *Smyrna* tyranno, a *Myrrha* arbore nomen obtinuit, uti
corona ex hac arbore in *Smyrnaeorum* nummo expressa pro-
bat *Illustrissimus Spanhemius* Diff. 6. De *Vsu et Praestant.* Nu-
mismat. antiq. p. 320. Edit. Anglic. in Fol. Nemo igitur a
Nerio, *Nericon*, *Neriton*, *Nerinen* et *Nerienses* appellatos
esse, in dubium vocabit.

Sunt, qui *Sabinam* vocarunt *Nerion* sive *Rhododendron*
e male lecto et intellecto *Plinii* loco, denominationisque
varias tradidere causas et origines, minime in *Nerion* qua-
drantes. Plures retulit *Venetorum* *Patriciorum* doctissimus
Patriarcha Aquilegiensis, *Hermolaus Barbarus*, *Castigat.* in
Plin. Quidam enim *Sabine* dictam volunt h. e. lingua *Sa-
binorum*; quibus tamen non applaudit *Barbarus*, cum sen-
sum esse credat, *Rhododendrum Sabinam herbam* dici, etsi in *Sa-
binis*

binis orta non videatur, ex ipso nomine, quod Graecum est, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod veneranda planta. Alii nomen a *Sabina familia* detorquent; alii, a *Sabino Tirone*, cujus Poëta meminit:

Ad Maecenatem super herbis multa Sabinus scripsit, ubi rutam, cunilam, menthasque virentes, tangendas ferro nunquam contendit acuto.

Hujus Auctoris fuerunt κηπευκά, sive libri de re hortensi, Maecenati dicata, quorum meminit *Plinius* libr. XIX. cap. X. Vid. *Maecenas illustr. Meibomii* cap. XVIII. §. 15.

Fuere praeter hunc Sabinum Tironem alii Medici hujus nominis. *Sabinus* interpret *Hippocratis*, *Galeno* passim citatus, praeceptor *Stratonici* praeceptoris *Galeni*, cujus *Gellius* meminit lib. 3. c. 26. Citatur quoque *Aretaeus Sabinus*, et *Pompejus Sabinus* a *Galeno*, qui an inter se differant, haereo. Fuit et alius *Sabinus* Medicus, cujus Inscriptio apud *Cl. Sponium* *Miscell. Erud. Antiquit.* p. 143. Eugubii Umbriae urbe:

L. SABINVS L. L.
PRIMIGENIVS.

Haec cum de herba Sabinae, *Rhododaphnes* cognomine, et *Sabinis* Medicis conferrem cum Amico, monstravit mihi nummum *Tituriae* gentis, cum Inscript. SABIN. et effigie, capillitio et barba spissa conspicua, ac ramo, quem *Lauri sylvestris* sive *Nerii* et *Rhododaphnes* judicarat. Regessi amico, hanc nummi effigiem *T. Tatii Sabini* esse, qui cum *Romulo* quinque annis regnavit, cum ab eo esset in regni consortium adsumtus, ceu etiam illis notum, qui nec dum aere lavantur, ut *Cl. Oiselius* *Thes. Numism. Antiq. Class. X. Tab. CXLII. n. VII.* scribit. Sed omnes hae conjecturae supervacaneae, si locus ex *Harduiniana* legatur *Editione*. Cum enim *Plinius* meminit

minisset arborum, quibus folia decidunt, subjungit statim, quibus non decidunt, *Oleae* nempe, *lauro*, *palmae*, *myrto*, *cupresso*, *pinis*, *ederae*, *Rhododendro*, et (quamvis herba dicatur) *Sabinae*. E qua lectione restituta clare apparet, *Sabinam* ab ipso intelligi *brathyn* dictam, a *Rhododendro* toto coelo diversam, ideoque herbam dictam, non arborem a Romanis, quod *pumila* sit, et coactae parvitatatis, ut *R. P. Harduinus* (post illustrem familia et fama *Hieronym. Mercurialem*, a tutelari patriae nomine dictum, cui lectio haec jam ante *Harduinum* suboluit, ut patet ex ejus *Var. Lect. L. VI. p. 90.*) optime concludit. Sic *Humelbergius* quoque ante hos *Notis in Apulejum de Virtut. Herb. cap. 86.* *Sabinam* *κολοβὸν δένδρον*, *decurtatae brevitatis arborem* a *Dioscoride* dictam refert, Graecis *κολοβά* vocantibus, quae trunca sunt, et summas amiserunt partes. Hanc ipsam tamen *Sabinam*, forte ex male lecto hoc *Plinii* loco, *Apulejus de Virtut. Plant. comp. LXXXV. Nerion* Graece dici scribit, in quo teste *Excell. Wedelio* *Diff. de Sabina*, omni destituitur auctoritate, vel diagnosi fallitur. *Humelbergius* loco jam citato inde *Nerion* dictam esse *Sabinam* credit, quod instar *Rhododaphnes*, humida et aquosa maritimaque loca amet; cui equidem sententiae solum nullus applaudet. Melius et ulterius rem acu tangit sequenti conjectura. *Andreas*, Medicus jam *Dioscoridi* laudatus, apud *Apulejum* toties citatum cap. 67. *Nerion Nymphaeam* pariter cognominatam refert; ubi *Humelbergius* solide commentatur, hoc nominis obtigisse, quod in aquis nascatur, a *Nereo* maris Deo, seu filiabus ejus *Nereidibus* et *Nymphis*; dicta enim *Nymphaea* a *Nympha*, quae clava ab *Hercule* interfecta, vel ipsa zelotypia erga eum mortua, in plantam hanc mutata sit, *Plinio* referente, *Hist. Nat. lib. 25. cap. 7.* unde quoque nomen plantae hujus *Heracleon*, et *Mater Herculaniana* a *Nympha*, *Herculi zelotypa Amasia*.

Super-

Superfunt et alia nomina Nerio attributa, quorum ratio vix reddi potest. Sic apud Interpolatorem Dioscorid. c. 664. Cl. du Fresne citatum, vocatur Aegyptiis Σκινφή, corruptum forte vocabulum a voce σκινθοί, qua proprie urinatores κολυμβηταί, nantes seseque submergentes, metaphorice Nereides Tritonesque designantur. Lucanis *Jemaim* dictum esse Papias, dubiis e fontibus prodit. Sic Αιμοσταρίς et *Haemostatis*; Σπόγγος et *spongia*, apud *Interpolatorem Dioscoridis*, et *Martinium* in *Lexic. Etymol.*

CAP. II.

Nec decipiunt, nec decipiuntur, qui Nerii nomen a Nereo et Nereidibus deducunt; horum enim origo pariter ex Ebraeo נהר Chald. נהר cujus, uti jam indigitavimus, plurale foemininum est נהרות i. e. *flumina*, a quo Graeci derivarunt ναρόν, νερόν et νηρόν. Et cum literae ל et ר Grajûmque א et פ liquidae frequentissime permutentur, e נהר exiisse Romanis, mutata unica literula, et per extensionem voculae, NEHALENNIAM Deam marinam, non invitis doctis dixisse sperat doctissimus *Reinesius* Not. in Inscriptiones, Domburgi in Zeelandia vicino Westcapellae Pago effossas, et DEAE NEHALENNIAE inscriptas, *Class. I. p. 192.* Nerion igitur a Nereo, Nereus ex Hebraeo נהר unde et ναρόν sive νηρόν humidum et aqua; item secundum Cl. *Martinium* in *Lexico Etymologico*, germanicum Nâhren / *nutrire*, pariter fluit; est enim nutritio ex humore, et θάλασσα Nonno merito τελεσίγονος et ὕδωρ καρπολόχον πολυτρεφές, dicitur, uti est apud *Eustathium*. Jam fluvii audiunt filii Maris, cum ex eo orientur, et Nereus principium sit finisque aquarum, teste *Orpheo* in *Hymn.*

Πυθμὴν μὲν πόντου, γαίης πέρας, ἀρχὴ ἀπέντων,
Fundamen maris, margo terrae, principium omnium.

B

Estque,

Estque, si Poëtis fides, antiquissimus Deorum Ponti sive Oceani et Thetyos, vel, secundum Apollodorum, Terrae filius, Nereus imo

- - ciens aequora fundo,

Orpheo dictus πρέσβυτος ἀπένων, Homero simpliciter γέρον, Hesiodo πρεσβύτατος, Aeschylo παλαιγενής, Virgilio grandaevus audit. Hinc antiquior Neptuno, et uterque Neptunus Catulli, viro cuidam eruditissimo videtur esse Νηρέυς καὶ Ποσειδῶν. Incomparabilis tamen Isaacus Vossius credit, significari neptunum, qui in dulcibus aquis, et qui in mari regnat. Hesychius: ἐπιλίμνιος Ποσειδῶν; male vulgo legitur ἐπιλήμνιος. Huc pertinet Inscriptio Reines. Class. I. n. XCV. p. 129. NEPTVNO ET DIS AQUATILIBVS. Sic Nymphae quaedam Limniades, in Inscriptionibus: NYMPHIS LYMPHISQVE, aliae marinae. Vid. Illustr. Spanheim. not. in Aristoph. p. 276. b. Limniades, Najades dicuntur: marinae, nereides; de quibus mox pluribus.

Nereum, cujus de nomine nomen plantae nostrae impostum ferunt, et veridicum et vatem esse crediderunt, cum Trojanas etiam calamitates Paridi nuntiaret, ut canit Horatius Libr. I. Carm.

*Pastor cum traheret per freta navibus
Idaeis Helenam perfidus hospitam,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, ut caneret fera
Nereus fata.*

Hesiodus nereum ulteriori et peculiari hoc maectat elogio Theogon. v. 233:

Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο Πένιος
Πρεσβύτατον παίδων. αὐτὰρ καλέουσι γέροντα,
Ὅσυνεκα νημερής τε καὶ ἤπιος εἶδε θεμιστέων
Νήθεται, ἀλλὰ δίκαια καὶ ἤπια δήνεα οἶδεν.

Nereum

*Nereumque alienum a mendacio, et veracem genuit
Pontus,*

*Maximum natu filium: sed vocant senem,
Eo quod verus et placidus: nec juris et aequi
Obliviscitur, sed iusta et moderata iudicia novit.*

Vnde factum sit, ut ei hae tribuerentur laudes, quaerunt Interpretes. Ridiculus hic est *Joannes Diaconus*, ut solet, (citantem eruditissimo Clerico not. in Hesiod. p. 46. seqq.) qui hanc ejus rationem reddit: *πάροσον εἰώθεσαν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ ἐν θαλάσῃ διάγοντες καὶ ναυιλλόμενοι ἄνθρωποι ἀληθεῖς τε καὶ ἀψευδεῖς εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐνλιμοὶ καὶ γεροροὶ, ὁ γὰρ καθεκὰς τὴν αὐτοῖς ἐλπίζόμενος θάνατος ἀναπείθει νημερτεῖς τε καὶ πρᾶγους εἶναι. καὶ μὴ θεμισέον ἐπιλανθάνεσθαι μηδὲ δικαιοσύνης μηδὲ ἰσότητος.* *quia solent ut plurimum homines, qui in mari vitam agunt et navigant, veraces esse et mendacii immunes, proptereaque honore et veneratione digni. Mors enim, quam quotidie expectant, persuadet, ut sint veraces et mites, nec licet illis oblivisci aut justitiam aut aequitatem. Certe, inquit laudatissimus Clericus, hac ratione in officio, contineri deberent nautae. Sed quis nescit, contraria omnia, esse vera? Hic noster Joannes vixerat forte in oppido mediterraneo, in quo de nautis philosophabatur, ut nos de incolis Planetarum, quos ne in somnis quidem vidimus. Confugiendum hic nobis ad linguam ejus gentis, quae frequentibus navigationibus ceteris maria aperuit. Ea autem Phoenicia lingua radices *נבאר nabar, נור nour, et נאר naar*, sonant splendere, lucere, quod a luce corporea translatum ad animum significat, scire, intelligere, sapere. Itaque laudes, quibus hic Nerea ornat Poëta, videntur natae ex altera significatione ejus nominis. Forte propterea et Nerea et Protea, fatidicos deos esse crediderunt veteres. Haec Clericus, qui plura adhuc de voce *δήνεα*, qua Nereus quoque exornatur, affert,*

affert, et *δῆνος* proprie iudicium credit, a radice Phoenicia *ἰν don, iudicare*, deducit.

Aliter de Nereo iudicat Magnus Borealis caeli Atlas, Ol. *Rudbekius*, (quo eum elogio maectat *Jo. Mollerus* in Cimbr. liter. prodr.) Atlant. T. III. cap. X. §. 21. p. 319. qui ex *Niordo* suo Sveonico Nereum facit, piratarum primo callentissimum, ab eo nautae, omnesque aquis innare cupientes, *neori* dicti, et ipsae foeminae mari quaestum facientes *niarun* et *Atla*, (Nereides et Atlantes,) teste *Edda Mythol. XXI.* Nemo praeter *Hesychium* annotavit, Nereum dictum fuisse *Πόρκον. Νηρεὺς θαλάσσιος Δαίμων. Ἀλκμάν καὶ Πόρκον ὀνομάζει.* unde post *Cl. Scaligerum Gujetus* credit *Not. in Hesych.* a voce *Πόρκος* provenire *Πόρκος, πόρκυος, Fortunus.* Crederem potius esse *Phorcum*, qui et *Phorcus* et *Phorcis* dicitur, Rex *Corficae* et *Sardiniae*, filius *Ponti* et *Terrae*, de quo *Virgilius*:

Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.

Hunc nereum templa fabricasse, memorat Poëta:

*Nerea nam perhibent fabricasse immania templa,
Cunctaque crystallo miris celasse figuris.*

Fertur pariter in mari Aegaeo praecipue domum habuisse nereus. Sic *Apollonius Rhodius* *Libr. IV. v. 770.*

*Ὡς ἔφατ' αὐτίκα δ' ἶρις ἀπ' οὐλύμποιο θοροῦσα.
Τέμνε τανυσσαμένη κοῦφα πλερά δῦδ' ἐνὶ πόντῳ.
Αἰγαίῳ, τόθι πέρ τε δόμοι Νηρῆος ἕασσι.*

*Ita fata est: continuo vero Iris ab Olympo festinans:
Accelerabat extensa leves alas, subiitque primum
Aegaeum, ubi domicilia Nerei sunt.*

Exhibetur autem Deus hic narinus nereus in plurimis Gemmis et Nummis, quibus omnibus recensendis angusti nimis dissertationis hujus limites. Producam effigiem unicam *Sardae*

dae incisam, quae in *Gorlaei Dactyliotheca Editionis Gronovianae* P. II. n. 68. repertu datur, quippe cujus illustrationi *Nerium nostrum* inservit: Apparet instar monstri marini, de quo Poëta:

*Pubetenus jussit esse feras, et crura pedesque
in duplicem vertit caudam, glaucisque marinis
assimilat Divos, redditque immania monstra,*

Dextra manu, e mente Excellentiss. *Gronovii*, laurum tenet. Sed quod pace Viri in his studiis summi dicam, ramus *Nerii* esse videtur, plantae ejus a nomine trahentis nomen. Est equidem lauri ramus, non tamen illius verae; sed ut *Apulejus* *Metamorph. Libr. IV.* exprimit, arboris in lauri faciem prolixè foliatae, quae in modum floris inodori porrectos calliculos modice punicantes parit: quas equidem fragrantis minime rurestri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas appellat. Unico verbo *Rhododaphnes*, sive *δάφνης ἀγρίας* *Luciani* in *Asin.* p. 88. vel ex Poëtae sensu:

*Lauri folia aemula tollit,
Tenuiora tamen gustu vehementer amara.*

Papias: *Lorandrum* corrupte vulgo dicitur, quod sit foliis lauri similis arbor. *Simon Januensis*: *Lorandrum* corruptum est pro *Rhododendrum* aut *lorandrum*, quasi *laurodendrum*, quia arbor laurinis foliis.

Nec a vero multum aberravero, si crediderim, plurimos plantarum ramos, quos dii marini, *Potamidae Nymphae*, et fluvii, (qui

*redimiti cornua musco
undosa sub rupe sedent, versantque fluenta.)*

manibus tenent, *Nerii* sive *Rhododaphnes* esse.

Leonardus Augustinus P. II, n. 16. Gemmam exhibet, quam

Venerem pronuntiat marinam, quae potius Diva Venilia Salacia est, ut eam in Latina hymni Orphici versione nominat maximus Criticorum Scaliger:

Μήτηρ μὲν Κύπριδος, μήτηρ νεφέων ἐρεβενῶν,
καὶ πάσης πηγῆς νυμφῶν νασμοῖσι βρυούσης.

*O! Mater veneris, nebularum mater ostantum,
et Fontium omnigenum, liquentum suavibus undis.*

Insidet haec Dea marina caprae marinae monstro insolito; sic enim Divas marinas nereidesque in variis monstris marinis, tigribus, leonibus, tauris, arietibus et capris conspici, et in antiquis marmoribus fingi a sculptoribus, memorat Excell. Gronovius ad hanc gemmam, et ex Poëtis, Statio imprimis, probat:

*Nec non et variis veſtae Nereides ibant
Audito rumore feris: hanc pisce volutam
sublevat Oceani monstrum Tartessia tigris:
Hanc timor Aegaei rupturus fronte carinas
Trux aries, haec caeruleae suspensa leaenae
Innatat; haec viridem trahitur complexa juvencum.*

Capilli tales, quales divis marinis attribuit Virgilius, nempe,
Caesariem effusae nitidam per candida colla.

Pectus nudum, ut in nereidibus, teste eodem Statio Achill.
L. I. v. 77.

*Orabat laniata comas et pectore nudo,
Caeruleis obstabat equis.*

Cujusmodi forma illas visas olim Catullus arbitrabatur:

*Illae viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas,
nutricum tenus exstantes de marmore cano.*


i. e. usque ad papillas vel cum illis. Ad latus apparet Cupido
vel

Tab II. p. 15.

p. 15.

p. 21.

p. 46.





p. 19.



p. 20.





vel Genius cum flagello, partim ut gressus caprae marinae citatiores reddat, partim ut sonum conciliet: flagella enim loco tubarum olim usitata; hinc flagellorum sonus, Musicae in choris bacchantium vices supplebat; et ne hoc mireris, solertissimus *Is. Vossius* Not. in Catull. p. 225. aurigae meminit, quaevis cantica flagellis exprimentis. Sed quod in Gemma haecenus recensita praecipuum, quem manu tenet ramum, non myrti, quod *Leonardo Augustino* placuit; sed nerii esse, ex allatis audacter affirmo.

Firmat haec uberius ex anaglyphis olim Seefridianis, postea Auernhamerianis, Nerolingae ex ebore pulcherimum vasculum, ab amicorum optimo quondam depictum, et hic expressum, cum omnem Antiquitatis gustum sapiat, a recentiori manu artificis licet effectum. Triumphum Thetyos exhibet vel conjugis Nerei, quae conchae tanquam curru insidit triumphali; quippe in *Glossar. veteri*, ab *Henr. Stephano* edito, ἐξουσία θαλάσσης, Potestas sive *Libertas Maris* voce Neries exprimitur. Junctum par Delphinorum, quorum terga Tritoniae inequitant Virgines, quae frenis illos regunt. Sic *Lucianus* Dialog. marin. ult. T. I. p. 260. Edit. *Graevian. Nereides emersas undis Delphinorum tergis insidentes obequitasse, seminudas plerasque* narrat. Sic supra Delphinos et Cete ac Hippocampos equitantes pingit ac fingit *Plinius* Libr. XXXVI. Sect. IV. Sunt autem, secundum Nonium, Hippocampi equi marini, sic dicti a flexu caudarum, quae piscosae sunt, quales spectare licet in nummorum, a maritimis urbibus cuforum, parte averfa, ut in denariis Atratinorum gentis Semproniae apud *Fulv. Ursinum* et *Vaillant*. Vnde liquet, diversos plane Hippocampos ab Hippopotamis, atque errasse doctum Interpretem, animalia ista confundentem. Est enim Hippopotamus pariter in nummis Hadriani, altera parte praesentatus. Vid. *Excell. Olearius* Not. ad Philostrat.

p. 719. ubi bini nummi rem hanc dirimentes expressi. Dea ipsa conchae insistentis, Veneris instar in concha apud Lucianum loc. sup. cit. recubantis, orta salo, salacitatem ob formae excellentiam inspirare videtur, turgidulis ornata mammillis papillulisque, omniumque concinnitate membrorum, ut ne femem quidem sua destituatur pulcritudine. Ramum manu tenet, non myrti non lauri; sed, si conjecturae locus, nerii sive Rhododaphnes. Circumvolitat caput velum vel vestis pars, flatibus expositum. Collineat huc elegantissimus *Philostrati Junioris* locus Icon. libr. II. §. XVIII: *Ipsa Galathea purpuream vestem supra caput zephyro permittendam tollit, ut et sibi umbraculum, et currui velum sit. Pes Gubernaculi supplet vices, quo aequora sulcat. Producimus iterum Philostratum loc. modo citato: Planta autem pedis, et quae cum ipsa desinit Venustas, in mari, O! Puer! picta est, leviterque radit aequor, gubernaculi instar currum regens. Hanc marinam divam triumphantem sequuntur Cupidines, cygnos equitantes, a Philostrato pariter graphice expressi, Icon. libr. I. §. 19. his verbis: Quod autem cycni frenis a Cupidinibus regantur, minime mirum: sunt enim feroculi Dii, affatimque ad insultandum avibus virium habentes; et paulo post: Cupidines inequitant sacris auroque infrenatis avibus, alius quidem totas laxans habenas; alius vero adducens; alius flectens; alius prope metam declinans.*

Quod si alicui haec non ipsa Thetys, non Salacia Venilia, in descripto eburneo videatur vase, sed potius *Virgilii* et *Philostrati*

*Nerine Galathea, thymo quae dulcior Hyblae,
Candidior cygnis, edera formosior alba,
vel - Candida Neseae caerulea Cymothee,
sive - - - Nereia Doto,
cui Pater est Nereus, quam caerulea Doris enixa est;
utique*

ūtique non refragabor, esse Nereidum harum unam, quarum nomina, latius recensita ab *Homero* Iliad. 2. declarant naturam maris, ut Graecae linguae peritus quisque facile videt, ac Eustathius clare deducit in Iliad. 2. Elegantia corporis plurimum valuisse probat, quod cum Cassiope, mater Andromedae, formam ejus Nereidum formae praetulisset, ira Neptuni scopulo affixa fuerit, *Hygino* Fabul. LXIV. teste. Hoc fato Nereis misericordia tacta ingemuit. Sic enim *Nereis* :

*Extulit et liquido Nereis ab aequore vultum,
et casus miserata tuos roravit et undas.*

Pro quo *Barthius* legit : *revocavit in undas.* Vocantur poëtice *Νερηίδες*, et contracte *Νερήδες* apud Athenaeum. *Jo. Canabuzes* in MS. ubi de Nymphis, Nereides has *ἑραγίδες* vocat, cit. *Cl. du Fresne* in Glossar. Graec. Append. p. 74. Chiorum tamen doctissimus, Grajorum Theologorum gloria, medicorum decus, *L. Allatius*, Tr. de quorundam Graecorum opinat. §. XIX. *Ναργίδας* corrupto vocabulo pro Nereidas sive *Νηρηίδας* dictas vult, quas vulgus Graecorum *καλὰς ἀρχόντισσας*, pulchras dominas (amore juvenum, sed maxime formosorum insanientes, utriusque sexus infantes capientes, et pulciores rebus pretiosis ditatos reddentes,) nominat. Harum plerumque quinquaginta fingunt Poëtae. Sic *Orpheus* Hymn. in Nereum, vel ex *Scaligeri* versione, in Terentium Confum :

ὦ καλέχων πόντου ρίζας κυαναγέτιν ἔδρην,
Πενήκοντα κόραισιν ἀγαλλόμενος κατὰ κύμα,
καλλιτέκνοισι χοροῖς, Νηρεῦ μεγαλώνυμε Δαῖμον.
O qui Jalsa tenes liquidi penetralia mundi,
Quinquaginta una pufis per caerula gaudens
Coetibu' Virgineis, genius maris alme Terenti!

Et in Hymn. Nereidum five Salaciarum Nerienum:

Νηρέως ἰναλίου νύμφαι καλυκώπιδες ἀγναί,
 Σφράγμαι, βύθιαι, χαροπαίγμονες, ὑδροκέλευθοι,
 Πενήκοντα κόροι περὶ κύμασι βακχέουσσαι.
*Pullae caeruleae, liquidi gens blanda Terenti,
 Aedicolae, latiae, ludicraeque, fluitantes,
 Quinquaginta vago fatuantes marmore pufae.*

Vid. pariter *Hesiodus Theogon. vers. 263.*

Ἄυται μὲν Νηρήος ἀμύμονος ἐξεγένοντο
 Κοῦραι πενήκοντα, ἀμύμονα ἐργ' εἰδυῖαι.

*Haec quidem ex Nereo inculpato procreatae sunt
 Filiae quinquaginta, inculpata opera callentes.*

Latini Poëtae plures Nereidum credidere. Sic enim *Propertius* Libr. III. Eleg. V. v. 33.

O! Centum aequoreae Nereo genitore puellae.

Nereidum harum regina et caput Thetys, cui male habenti infinitae comites dantur apud *Homerum* Iliad. Σ. Qui mox recenset nobiliorum, uti diximus, chorum, et sorores ipsas vocat. Imo Nereides docuisse sacra Bacchi, Proserpinae, Apollinis, Calliopes, memorat *Orpheus* Hymn. 23. qui matrem ipsis assignat.

*Refuae Dorin quae praesidet Hellae,
 quae servat Hellen, altaeque Propontidis undas.*

Generali vocabulo Nymphae sunt. Hinc apud *Reines.* Inscript. Class. I. n. C. NEPTVNO ET OMN. NYMPH. *Eustathius* in *Homer.* Σ. Nereides aquarum marinarum, Najades dulcium tradit: quocum consentit *Clem. Alexandrinus* Cohort. ad Gentes p. 52. edit. noviss. Potterian. Hae apud doctissimum *Sponium* Miscell. erudit. Antiquit. Sect. II. Artic. VII. p. 31. pinguntur cum vase aquam effundente: (Symbola enim Nympharum Hydriadum esse crateres lapideos, *Porphyrius* de Antr. nymph.

et

et marmora diferte probant:) folioque herbae cujusdam aquaticae, quae forte e Sponii conjectura Potamogeton, seu potius Nymphaeae folium, a Nymphis dictae plantae: id quod ill. *Fabretto* placuit diff. II. de Aquis et Aquae ductib. qui ante Sponium Marmor oculis exposuit. Non absolum igitur erit, Nereides cum Nerei floribus pingi. Sic gemmam possideo, in qua Nereidum una supra Delphinum sedens, dextra summitates florum, indubie Nerei, sinistra frenum tenet. Repertu datur similis paene nummus, alias ineditus, ab Illustriss. *Spanheimio* tamen differt. IV. de Usu et praestant. Numism. p. 329. Edit. in Fol. promulgatus, percussus Nicomediae temporibus Commodi, in quo delphino insidens Cupido florem manu dextra tenet, sinistra pariter delphinum freno regit, ad quam imaginem apposite alluisse legas *Palladem* Anthol. L. IV. cap. XII. Epigr. 56. Spectat huc Gemma cum delphini equite, Cupidine, quocum alii genii in mari ludunt. Tom. III. Gem. XVI. et XVII. nelle Gem. antich. figurat. colle Esposizioni de *Paolo Alessandro Maffei* Patritio Volaterrano, Cavaliere del' ordine di St. Stefano et della Guardia Pontificia. Revocant delphini, in quorum dorsis Nereides, in memoriam, a *Dioscoride* Nerium dictum τὸ Δελφίνιον, teste *Gorraeo* in definit. *Medicis*. Forte delphini proprie Nerei pecus, de quo *Nasennius* apud *Nonium* in Lustrare: Tum lascivum simum Nerei pecus, ludens ad caudem, classem lustratur. Cl. *Turnebus* Advers. L. XXIX. c. 28. Poëtica circumlocutione pisces omnes denotari credit, sicut eodem modo Neptuni pecudes *Plautus* in Pseudolo dixit.

Dantur quoque Gemmae, in quibus nereides cocham tenent. Sicuti enim Tritones buccinis pinguntur, teste *Ovidio* *Metamorph.* libr. I. v. 333.

Caeruleum Tritona vocat, conchaeque sonaci
Inspirare jubet.

- - - - - *cava buccina sumitur illi,*
Tortilis in latum, quae turbine crescit ab imo.


Sic Nereides pariter conchas tenere, Neritas dictas et Neritodes, haud absurdum erit statuere; forma buccinis (modo *Martinio* in *Etymol.* fides) proxima. *Hesychius*: νήριτος ὁ νη-
 ρίης, ὁ ἐστὶ κογχύλιον, κοχλεῶδες ποιμίλον. *Plinius* *Libr. IX. c. 35.*
 Navigant ex his Neritae, praebentesque concavatam sibi par-
 tem, et alteram aurae exponentes, per summa aequorum
 velificant. De his conchis optime cecinit *Nicolaus Parthe-
 nius Giannettasius* *Halievt. Libr. VII. p. 193.* qui e *Cl. Matinae*
 elogio, majora, quam illa olim, quae ab *Antonini* liberalita-
 te erga *Oppianum* fuere collata, praemia promeruit:

Neritas etiam rapies, quibus altera Ponto
Pulchrior haud Concha est: texellis plurima pictis
Vermiculata venit testa, eque umbone reflexae
Incipiunt helices crebrae, gyroque retorto
Majores sensim ascendunt, nigrisque coruscant
Distinctae punctis maculae; nitidaeque argento
Insignis rutilat margo, et flaventibus astris
Interius totam perfundit purpura testam,
Quam Veneri sacram nautae fecere. Sed imo
Gurgite deproperant in consona fila Paguri.

Nolo hic Neritarum texere catalogum, cum ubique in *Hi-
 stor. naturalis* et *Musaeorum* scriptoribus, praecipue in *illustr.*
Listeri Historia Conchyliorum, regio certe opere, prostant.
 Sic conchae sonaci inspirantem *Amphitriten*, in nummo *Pu-
 ppieni* rarissimo expressam, exhibet *Cl. Tristanus* *Comment.*
Historiq. T. II. p. 496. seqq. quam tamen non *Amphitriten*,
 sed *Scyllam* esse, quae pulcro pectore virgo pubetenus, sed
 cum latrantibus canibus infima inguinum parte, solide mo-
 re solito demonstrat *Ez. Spanbeimius*, dignitate illustris, literis
 illu-



EBIVSEVTYHF
VS FECIT
MFABV




TI. CLAVDIVS ASCLEPIADES
ET CAECILIVS ASCLEPIADES
EX VOTO NYMPHABVS D.D.

p. 13.



NUMINI NYMPHARVM
AVGVSTALIS AVGG G·LIB·AQVA



EXPIRENT YIII
SIVE RECIET
MABAN

EXPIRENT
SIVE RECIET
MABAN

RECIET
MABAN

illustrior diff. V. §. V. de VI. et Praest. Numism. antiq. p. 261. seqq. ubi nummum quoque delineatum exhibuit.

Nymphae pariter Conchis depictae cernuntur in marmoribus apud Cl. *Fabrettum* differt. II. de Aquis et Aquaeduct. et Cl. *Sponium* Miscell. Erudit. Antiquit. Sect. II. Art. VII. p. 32. ubi trium Nympharum latus claudunt Hercules et Sylvanus, quorum communis cultus in una eademque Regionis XIII. aede juxta Victorem praestitus, et quinquies in opere Gruteriano Inscript. expressus. Nymphis in principio adjuncta Diana, quam dilucidius Fabretto expressit Sponius. Cur autem Nymphis associata Diana, e Strabonis libr. VIII. probat Reverendissimus L. *Holstenius* Comment. in Vet. Pictur. Nymphaeum referent.

Hoc denique de Nereidibus annotandum restat, illas a plurimis Viris, ceteroquin doctissimis, cum Sirenibus confundi. Sic ex Naevii Aegistho Nonius allegat:

Sirenes citis

Delphino junctis vehiculis Hippocampisque asperis.

Quod de Nereidibus dictum esse, quilibet rei antiquariae gnarus videt. Sic Clar. *Nicaius* in Gemm. Nerei sive Dei marini e Gorlaei Dactyliotheca supra adducta, Sirenen in mare praecipitatam depingi credit, referente hoc Excell. *Gronovio* in Explic. ad Gorlaeanas Gemmas. Sic Vir eruditissimus, cui studium antiquitatis plurimum debet, in nummo Cossutiae familiae, in quo superne mulier, infra piscis, ad Sirenem detorquet, cum ex Nereidum classe sit, uti et haud dissimiles Amphitrites ac Tritonum videmus passim in antiquis Graecorum et Romanorum nummis, teste Illustriss. *Spanheim* de VI. et Praest. Numism. antiq. Diff. V. §. 3. p. 253. Edit. Londin. Sic diligentissimus *Fort. Licetus* in Opere de reconditis veterum Lucernis Libr. VI. cap. XXXV. p. 811. seqq.

Lucernam e Gazophylacio Cioffi, quam celeberrimam Nereideam Lucernam credidit, in qua Nereis vasi infidet, superne nempe mulier, infra vero piscis, Sirenen Parthenopen interpretatur; cujus tamen longe aliam figuram, e nummo Siculo et Cumano, sive ad Cumas reperto, gentis Petroniae, jam olim exhibuit Jul. Caes. Capacius Hist. Neapolitan. libr. I. cap. V. p. 29. et Fulv. Ursin. in Famil. Roman. p. 202. Edit. Patin. e cujus una parte caput Augusti, ex altera Siren alata, gallinaceis pedibus; de quibus *Suidas* et *Fulgentius* apud *Gyraldum*. Inscriptio est TVRPILIANVS III VIR. is ipse est P. Petronius Turpilianus. Vid. Rev. Pater *Pedrusius* T. II. Tab. VIII. n. V. p. 126. de i Cesari nel Argento raccolte nel Farnese Museo. Conf. ill. *Raph. Fabrettus* in Tabul. Iliac. quam commentario illustravit *Cl. Begeus*, §. 69. p. 64.

vt huic Sirenum Nereidumque confusione obviam eat, *Clar. Nicaeus*, in eruditissimo discursu, inscripto Gallice: *les Sirenes de leur forme et figure*, statuit, Sirenes primitus avibus extitisse similes, ea scilicet forma, qua exhibentur in nummis antiquis, et ex mente Poëtarum *volucresque puellae*; postea, metamorphosi accedente infelici,

Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo
Pube tenus
 *turpiter atrum*
Desinat in piscem.


Hanc duplicem Sirenum formam expressam credit in nummo maximi moduli Augustae Faustinae Junioris cimeliarch. Reg. in quo diva Salacia sive marina Venus, ad cujus pedes alata et Tritonia Siren, concha scilicet instructa sonaci. Varias has Sirenum figuras totamque Mythologiam, elegantissimo expressit schemate *Vir doctissimus*.

Forte haec confusio inde exorta, quod Nereides natantes



pag. 22.









tes saepius conspectae in scopulis, a Sirenum nomine dictis
Sic enim *Antonius Epicurus* cecinit, cit. *Jul. Caes. Capac. i. c.*
p. 33.

*Non longe a Capreis scopuli tres ordine circum,
Maxima Campani, Paestani et gloria Ponti,
In quas Nereides Nymphae turba humida aquarum
Saepius insiliunt, madidos expandere crines
Ad solis radios, et candida membra movere
Ad choreas, pelagique laceffere carmine Divas.
Haec nautis tranquilla quies, si quando procellae
Horrissonae insurgunt, hic otia carpere suerunt,
et nassis linoque vagos comprehendere pisces,
Allecti a scopulis Sirenum nomine dictis.*

In Surrentino litore has Nereides pariter apparuisse, castigatissimus Parthenopaeorum Vatum *Giannettasius Halievt.* libr. II. p. 37. testatur:

*Non tamen Oceani prolem Thetidisque marinae,
semiferumque genus Nerei vaga caerula cantu
Mulceret, et blande numeris resonare negandum est.
Nam Surrentino nuper sub littore vidi
Cantantes Pelagi divas, dum lucida Phoebe
Fulgeret tremuli pacata per aequora Ponti
Cantu, quo rupes longe pulsata sonabat,
Muscosaeque levi surgebant murmure cautes,
Atque ipsi pariter saliebant gurgite pisces.*

Quae tamen nitidissimus Poëta, de cantu Pelagiarum Divarum immiscet, Sirenes potius concernit, quod e margine quoque elucet.

Ad has Nereides Surrentini litoris referendae Graecorum hodiernorum *Ναγαρίδες* et *καλαί ἀρχόνισσαι*, quarum supra ex *L. Allatio* mentio injecta, de quibus mira, modo vera forent,

retu-

retulit; quippe si potissimum fluentis aquarum solum irrigatum, tripudiis se atque choreis oblectant, umbras arborum frequentant, et amore juvenum formosiorum praecipue insaniunt, inque puteos, in quibus degunt, alliciunt, e quibus dum redeunt juvenes, licet longiuscule immorati fuerint, aridis tamen siccisque vestibus, nullo humiditatis signo contracto, a Nereidibus vel potius Najadibus Nymphis redeunt. Forte de his Psellus de Operat. Daemon. p. 83. Edit. Gaulmin. *Quotquot humidis in locis vivunt meliorique victu utuntur, in aves illi et foeminas sese transformant. Unde fit, ut eos Graeci Najades, Nereides et Dryadas genere foeminino appellent. Sed credant haec, cui volupe: nec enim a sole adeo averfus, ut hoc credam.*

Nemesius Episcopus Emisenus, in aureo de Natura Hominis Tractatu, has Nereides Nymphas, et alia quaedam Daemoniorum genera πολυχρόνια μὲν, οὐ μὲν ἀθάνατα pronuntiat, ubi eruditissimus editor anonymus, qui e Theatro Sheldoniano Auctorem hunc nitidissime prodire curavit, ex Aristotele refert, Nereides Nymphas mori, quod ex Nympha zelotypa erga Herculem mortua probat. Augusti pariter tempore plures Nereides exanimas apparuisse, testatur *Plinius*; qui insuper retulit, planctum morientis Nereidis in litore Olysiponensi longe fuisse exauditum: quo confirmatur illud, quod jam toties retulere Novellae de monstro marino Ragusino, ejulatibus litora, nescio an fausto vel infausto omine, implente. Dari autem nostris temporibus Tritonas Nereidesque, monstraque anthropomorpha, fuisse probat *Alexander ab Alexandro* Genial. dier. libr. III. c. 8. *Nierenb.* Hist. nat. Libr. V. cap. 13. imprimis locorum communium solertissimus collector, Cl. *Voëtius* Disp. Theol. P. I. p. 742. alique. Et certe piscis marinus Brasiliensis, ab Hispanis *Pece muger* vocatus, quod facie mulierem referat, (hinc nobiliss. Patricio Aretino

Redi

Redi in Experim. naturalibus ex India allatis p. Piscis *αὐθρα-
πόμενος* dictus et delineatus) ad Nereidum classem spectat.
Piscis hujus manus, vulgo e praejudicio superius jam re-
censito, *Manus Sirenes* dicuntur, quarum unam delineatam
videbis apud incomparabilem *Welschium Hecatost.* I. n. 68.
p. 91. derafusque pulvis ex hac manu dysenteriam et hae-
morrhagias curare creditur: Id quod de Sirenibus Indicis te-
statur P. Philippus a St. Trinitate Itiner. Orient. L. VII. c. 6.
Has manus Cl. Nicaeus Testudinum pedes esse contendit,
quarum unam apud ill. Menartium, alteram in Bibliotheca St.
Genovevae vidit. Disc. de Siren. §. 41. p. 67. Spectat huc pariter
homo ille marinus, qui ad rupem, Diamant dictam, Insulae
Martinique saepius Ann. 1671. conspiciendum se praebuit, ad
Tritones vel monstra marina anthropomorpha referendus,
de quo vid. Recueil des memoires et conferences sur les
Arts et les Sciences par M. J. B. Denis Mem. VI. p. 103. *Si-
gebertus Gemblacensis* scribit, Anno Christi DCI. a mane usque
ad horam nonam visos virum atque mulierem Niligenas, us-
que ad lumbos aqua extantes, Vid. eruditiss. *Barth.* Advers.
libr. XLIII. cap. 26. p. 1980.

CAP. III.

Maximam nominis celebritatem *Nerio* sive *Rhododen-
dro* peperit *Amycus*, Bebryciorum Rex, Neptuni et
Bithynidis filius, frater Mygdonis, cujus regiam in
Bosporo potius, quam in Propontide, fuisse fuisse probat P.
Gyllius, scriptor locorum horum *αὐλόπλης*, de Bosp. Thrac.
L. III. cap. VI. Is cum, teste *Apollodoro Biblioth. Libr. I. cap. 9.
§. 20. p. 52. Edit. Paris. Th. Gale*, viribus egregie polleret,
qui in sua regna venirent, caestibus secum contendere co-
gebat, et devictos ita perdebat. Si *Valerium Flaccum* Argo-
nautic.

nautic. L. IV. consulamur, gigantem fuisse apparet Amycum. Sic enim de illo canit:

*Ingentes humeros, spatiosaque pectoris ossa
protulit, horrendosque thoris informibus artus.*

Bebryces ipsos *Orpheus* vocat ὑπερφιάλους; cum ob corporum vastitatem, qua praestabant ceteris suae aetatis hominibus, tum ob animi immanem perfidiam. Narrat *Arrianus*, Bebrycem Arantam fuisse magnitudine octo cubitorum, crassitie vero respondente symmetriae altitudinis.

Cum ad Amyci hujus Bebrycii regiam Argo in expeditione Colchica appropinquasset, praestantissimum quemque Argonautarum ad pugilatus certamen provocando, Pollux illud minime detrectavit, Arnobio teste, pugilator pariter bonus, et crudo inexuperabilis caestu. Hinc Aesonides apud Orpheum in Argon. v. 584. ob pugilatus praestantiam Polluci praemium decrevit:

Πυγμαχίης δὲ τὰ πάντα λίαν θεῶν, δῶκε φέρουσθαι
ἀθλοφόρῳ πολυδέυκει.

*Pugilatus vero tapetes valde amoenos dedit
Victori Polluci.*

Pugnam Amyci cum Polluce optime expressit *Theocrit.* Idyll. XXII. Dioscur. inscripto. *Apollon.* Rhod. L. II. Argon. sub init. *Valer. Flacc.* Argonaut. Libr. IV. Occubuit Amycus dextra victus Pollucis. *Epicharmus* et *Pisander* illum loro ligasse Amycum, *Deiloch.* in Libr. I. quem scribit de Cyzico pugilatu Amycum a Polluce superatum, *Orpheus* Pollucem duris loris caput Amyci percussisse perhibet. Dura lora autem quid aliud, quam caestus, uti e figura apud *Mercurialem* de Arte Gymnast. delineata patet.

Cum victor Pollux discessisset, Bebrycesque in illum fecif-

fecissent impetum, viri fortissimi, correptis armis, eorum ple-
rosque in fugam actos obtruncarunt. Confirmat dicta
Orpheus modo citatus *Argonaut.* v. 662.

τὸν μὲν ἄρ' ἠΐσωσε βίη κρατερὸς πολυδεύκης,
τύψας ἀπροφάτως κεφαλὴν σκληροῖσιν ἰμάσι.
Hunc quidem delet vit robore praecellens Pollux,
Percutiens ruditer caput duris caestibus.

Inter Latinos *Valer. Flaccus* *Argon.* l. IV.

Sparta therapnaea pugilem cum gymnide pinguem
stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis.

Negat tamen a Polluce occisum fuisse Amycum, sed Jasonis
cecidisse manu, (testante hoc regione inde *Ἰησώνιος ἀίχμη*
Jasonia *cusps* dicta,) *Ptolemaeus Hephaestionis* F. *περὶ τῆς εἰς*
πολυμαθείαν κοινῆς ἱστορίας λογ. Γ p. 315. Edit. Th. Gale. E tumulo
regis hujus Amyci planta exorta, quae, referente *Dionysio*,
insaniae illius insigne divinius, quam humana mens assequi
queat. Nam si quis hanc laurum intulerit in convivium,
convivas simili insania afficiet, et contumelia implebit.
Hoc sane experientia didici, naturam immortalis memoriae
regis illius iniquitatem tradidisse ex ipsa lauru. Confir-
mat haec *Dionysii Byzantini Apollodorus* l. Ponticor. in lo-
co nominato Amyco, Amyci sepulchrum et laurus; ex qua
si quis ramum cepisset, in convitia et contumelias concita-
retur. *Plinius* *Libr. XVI. c. XLI. §. 89.* etsi portum Amyci
alias ponat ad Bosphorum, alias in tractu Heracleae Ponti-
cae; tamen id, quod excerpserat ex antiquis scriptoribus,
trahit, portum Amyci *Bebrycum* rege interfecto clarum
esse, ejusque tumulum a supremo die lauro tegi, quam in-
sanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur
navibus, jurgia fiant, donec abjiciatur. Hinc *P. Gyllius* pro-
pria affirmat experientia, cum ad fontem *Syciam*, a proxima

ficu sic appellatam, cum focis accessisset, et laurum vicinam discerpisset, eamque in navim attulisset, tot contentiones inter remiges et vectores exortas esse, ut putarit, Syciam olim appellatam fuisse ψυχονοῦν i. e. *Laurum insanam*, ut appellat Dionysius. Haec *Gyllius* l. c. Addi his potest *Arrianus* in Periplo Ponti Euxini, qui δάφνην μαινομένην nominat, ejusque doctissimus commentator *Stukius* p. 191. Edit. Lugd. in Fol. Hinc ex *Arriano* corrigendam putat lectionem *Stephani Byzantini* de Urbib. Reverendiss. *L. Holstenius*, qui habet φαينوμένην.

Nec Poëticae fingit hanc νεάτην δάφνην *Apollonius*; sed revera hoc loco fuisse permagnam, ex *Apollodoro* et *Andr. Tenedio* clare ostendi potest. Sed disquirendum uberius, quae laurus illa insana in Amyci regis sepulcro progerminans fuerit? Nulla plane alia, quam *Rhododaphne*, insaniae productione jam olim infamis. Mel enim insanum e Ponto extrahi *Rhododendri* flore, quo scatet, antiquitas credidit. Nec magnitudo arboris superius citata nos terret, cum *Rhododaphne* ut plurimum fruticum modum non excedat; annotavit enim e *Bellonio* de neglect. Stirp. cult. Probl. 12. et *Observ. L. l. c. 43.* *Illustr. Rajus* Hist. Plant. T. I. c. XXVII. *Rhododaphnes* in nonnullis *Cretae* Insulae locis ad aedicularum trabes conficiendas aptas esse; inque monte *Atho* *Rhododendro* flore rubro in summam celsitudinem attolli, eorumque caudices crassitie ficibus non cedere. Vid. *Olf. Dapper* dans l' Histoire de Archipelag.

Maxime firmat hanc conjecturam, laurum insanam esse *Rhododaphnen*, *Ptolemaeus Hephæstionis* F. modo citatus. Damus versionem latinam, ne taediosa nonnullis fiat longior Graeci textus recensio. *Amyci sepulcro*, scribit, *Rhododaphne innata*, quam qui gustassent, pugilatus studio capi solitos. *Antodorum* itaque, cum ex ea lauru edisset, victorem tridecies

decies coronam retulisse, eundem tamen a Dioscuro Theraeo in quartodecimo certamine victum. Addit, ipsum Amycum ab altero Dioscurorum lucta superatum dici, quo ipso, quod de Jasone Amyci victore dixerat, destruit. Pugilatus igitur ardore nimio, siue mavis insania, gustu lauri insanae siue Rhododaphnes incendi credidit vetustas, huiusque ramos in praelia trudere inermes. Hinc Artemidorus Oneirocrit. L. I. c. 79. Rhododaphnes flores laborem praesagire confirmat. Pugilatus enim exercitationis genus durissimum, siue laboriosissimum et difficillimum fuisse, certum imo certissimum; isti quippe caestibus pugiles, si non animam in ipsa pugna efflarent aut agerent, confractis certe ossibus, aut laxatis praeter deformatum vibicibus vultum debiles efficiebantur ac mutili. Eadem quoque Rhododaphne refectioem et a laboribus proveniente victoriam significari, testis est modo citatus somniorum interpretes Libr. II. c. 68. ut inde certum esse credat illustris Reinesius, ordinis nostri decus haud exiguum, Rhododaphnen plantam esse eandem ac eam, quam Apulejus, (non Celsus Centirupensis Sículus, non Madaurensis Platonius Philosophus, sed junior scriptor, qui Dioscoridem Pliniumque prae manibus habuit, sic sentiente Excell. Fabricio, qui in hisce nobis loco oraculi, Biblioth. Lat. L. 3. c. 2. p. 525.) de nomin. ac virtut. Herb. c.

Νικήφυλλον, herbam victorialem, pervincam, daphnoidem, lauraginem appellat, eique adscribit folia gustu remordentia et incendiosa. Putat hinc vir acerrimi iudicii, veteribus dictam fuisse νικλήριον, quod posteriores contracte siue scientes, siue errore, Νήριον nobis propagarunt; quamvis pariter aliam rationem, cur a pugilibus haec planta expetita fuerit, suppeditet Epist. ad Casp. Hofm. XXV. p. 94. seq. Quod orat. svasor. ad Art. Galen. (sit ea sane Galeni τοῦ Νίκωνος) legitur, Athletas solere ῥοδοδάφνοις τὰ γῶλα διακνάεισθαι,

ad eorum sanitatis conservandae rationem pertinet ; quod nimirum fricationes, maxime dorsi musculosarumque corporis partium, (de qua Apotherapeia optime egit P. Faber Agonist. L. III. c. 15.) et quidem non linteo asperiore vel ὤμολίνω, quod inter apparatus balneorum habebatur vulgo, sed Rhododaphnes, Rhododendri sive Nerii foliis factas, frequentarint. Istaе frictiones vehementes impressius factae, et rebus adurentibus mordicantibusque, scilla, nitro, adarce, halcyonio, euphorbio, calce viva, thapsia, urtica, sabina, cedri quovis genere, foliis ficus, squatinae pelle, pumice, peractæ, strenue discutiunt τὸ μανὸν καὶ χᾶννον τῆς ἕξεως, quae cum robore non consistunt, constringunt et solidant, adimunt etiam corpus, quod onere immobile ob ἀναγκοφαγίαν contigit, ichores inutiles, qui lassitudinis occasio fieri possent, exhauriunt, et musculosum genus roborant. Haec Reinesius. Tanta enim frictionis utilitas, ut, secundum Platonem in Gorgia, καλούστε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα, *hominum corpora pulcra et robusta efficere* queant. Plurima huic facientia congeffit Illustr. Spanheimius Not. in Aristoph. Nubes p. 291. a. b.

Alii in textu Galeni, à Cl. Reinesio citato, legunt ροδοδάφναις τὰ νῶτα διακναίονται. Ludovicus Belisarius, Mutinensis Medicus, vertit: *terga rhododaphnis dirumpuntur*, hoc est, frutice flexibili tergora caedi putabat, ut pleniori habitu veluti scarificatione quadam sanguis eliceretur. At majori compendio id cucurbitulis fieri potuit, quarum frequentem isto aevo usum Galenus ubique testatum reliquit, ejusque simia Oribasius, qui libr. de Scarif. cap. XX. Nihil aeque sane ad convenientem bonamque renutritionem ducit, ut sanguinis per scarificationem exhaustio. Magnus ille Erasmus, cujus memoriam Roterodamensis patria, aerea statua illi erecta immortalem esse voluit, *Rhododaphnes maculis terga notantur,*

tur, vertit. Qua versione videtur innuere, floribus Rhododaphnes hac ratione terga potuisse infici, ut nudis in arena certantibus, venustas accederet. Sed tale quidpiam nullis antiquorum monumentis proditum esse, innuit eruditissimus Rhodius, Not. in Scrib. Larg. Compos. LV. Hinc locum illum vertit: *Terga Rhododaphnes caeduntur*; scil. stirpe hac tergora athletarum a paedotribis ad ruborem percutiebantur, quo uberiori sanguine extracto continuis laboribus macerati habiliores fierent; quod a Galeni mente minus alienum, qui eodem loco saginae meminit, cujus ad corporis incrementum, isti mortalium generi princeps cura fuit. Hucne Epictetus aciem intendit, quando Enchirid. cap. XXXV. affirmat, qui se lanistae tradit, *μαστυωθήναι, flagris caedi.* Suspiciatur porro vir omni elogio major, athletarum terga Rhododaphnes foliis tanquam strigile defricari solita, ut a fordibus, palaestrae unctio et pulverea volutione collectis, nitidiora comparentur. Hoc enim innuit *διαννάω.* Non multum tamen reluctatur, sensim verberando proleptum etiam istius fruticis acumine, ad feriendum non usque inepto, sanguinem, minori fortassis dolore, quam si ferro cutis incideretur, percutiendo, vel quod Galeno de scarificatione capite ultimo magis placet, si trahendo fieret scarificatio. Sic Rhododaphne hac quoque perfricuisse artus et tergora prodest.

Conciliant haec dicta Gemmae a Bellorio productae lucem, in qua tergora nuda procumbentis gladiatoris Rhododaphnes ramo, non ferula, quod olim credidere, caeduntur.

CAP. III.

Nerion sive Rhododaphne omnem pariter promeretur laudem ob florum elegantiam et varietatem, prae- cipue cum nonnullae species insuper tantam exha- lent odoris suavitatem, quam si olfacies, Deos rogabis, to- tum ut te faciant, Fabulle, nasum; ut cum Catullo loquar. Refertur planta haec a Botanicis hodiernis, characterem certum amantibus, ideoque in certa genera dispescentibus, specia- tim ab Ill. Rajo Syn. Plant. inter arbores sive frutices flore imo fructui cohaerente siliquosas, monopetalo quinquepar- tito. Ex observationibus Excell. Volkameri in Flora Norib. sunt semina plura compressa, cum intermixta lanu- gine, pericarpio membranaceo siliquoso univalvi tumidiori inclusa. Ingeniosissimus Turnefortius arboribus et frutici- bus flore monopetalo, cujus pistillum abit in fructum sili- quosum, accenset, et ulterius sic describit: *Nerion est plantae genus, flore A monopetalo veluti infundibiliformi, multifido, e cujus calyce D. surgit pistillum C. posticae floris parti B. ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum F teretem, et duabus veluti siliquis F. G. H. I. compositum, semine foetis K pappis in- structo L.* Ob siliquam et semen lanugine seu pappo adhae- rente alatum, inter Apocyna a Rajo relatum in Method. Plantar. emend. et auct. p. 160. usque dum meliora ab D. Hottono edoctus sententiam mutarit, et in Addend. p. 196. haec ex Hottonianis literis excerpserit: *Tale mihi videtur Ne- rii ingenium, ut Apocyno potius cognatum, quam congener cen- seri debeat. Quamvis enim in multis conveniant, in non paucis ita differunt, ut ejusdem generis soboles haberi non possint. Jam neque id probo, ut expungantur genera, quae magnam pridem celebritatem nata sunt, si servari commode possint. Multa est*
in





in utroque hoc genere similitudo in fructus fabrica. Vtrumque et succum lacteum fundit, Apocynum quidem et Nerium Americanum omnibus suis partibus, at Nerium Europaeum radice tantum. Ex caeteris vero partibus succus virescens aut luteus, sed parce promanant. Sed fruticat Nerion omne et αείφυλλον est, Apocynorum complura herbaceos emittunt caules et φυλλοβολούσι. At imprimis Nerion ab Apocyno differt (1) Floris structura, qualis in nulla Apocyni specie reperitur, (2) Foliorum positione et situ; tria enim sibi mutuo imposita ramos circumplectuntur in Nerio, quae non nisi duo conjunctim provenire in Apocyno solent. (3) Denique constanti τριχοτομία trunci, ramorum et surculorum, quae semper in Nerio, nunquam in Apocyno observatur. Quibus de causis non immerito Nerion ab Apocyno, quocum fructu convenit, genere diversum statuit Cl. Rajus, fecus ac vult D. Hermannus. A Foliorum diversitate a se invicem quoque differt Nerium. Dioscorides, qui luculenter illud Libr. IV. cap. LXXXII. descripsit, folia amygdalinis longiora crassioraque tribuit, qui locus cum plurimis emendationibus locum dederit, minime hic praetermittendus. Νήριον, οἱ δὲ Ροδοδάφνη, οἱ δὲ Ροδόδενδρον, θάμνος γνώριμος ἀμυγδάλης μακρότερα καὶ παχύτερα, (vetus τραχύτερα,) ἔχων φύλλα. (Hanc periodum e vetusto codice in hunc modum legit Lacuna, forte inductus pariter auctoritate Rhafis Cont. l. 22. c. 323. Ἀμυγδάλη φύλλα ἔχων ὅμοια, μακρότερά τε καὶ παχύτερα καὶ πλατύτερα καὶ τραχύτερα.) τὸ δὲ ἄνθος ροδοειδές. κάρπον δὲ (vet. cod. κάρπον δὲ φέρει ὡς κέρατα) ἐμφερῆ ἀμυγδάλῳ ὡς κέρατι ἀνεῳγμένον πλήρη ἐριώδους φύσεως, ὅμοιον τοῖς ἀκανθίνοις (vulgat. cod. ὑακινθίνοις, vetus quidam ἀκανθίνοις παπύροις) πάπποις, ρίζα δὲ ἀποξίς, καὶ μακρὰ, ξυλώδης, γευσάμενῳ ἄλμυρα. Φύεται ἐν παραδείσοις, καὶ παραθαλασσίοις (vetus caret) τόποις καὶ παραποταμοῖς (Ald. παραποταμίοις) δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἄνθος, καὶ τὰ φύλλα, κυνῶν (vetus κληνῶν μὲν πάντων φθαρτικὴν) μὲν καὶ ὄνων καὶ ἡμιόνων, καὶ τῶν πλείστων τετραπόδων δὲ ζώων

E

Φθαρ-

Φαρμακὴν, ἀνθρώπων δὲ σωτικὴν σὺν οἴνω πινόμενα πρὸς δῆγματα
 θηρίων, καὶ μᾶλλον εἰς πηγάνω παραμύξειας. τὰ ἀσθενέστερα (*vetus* ἀσθε-
 νέστατα) τῶν ζώων ὡς αἴγες, καὶ πρόβατα, ἐπὰν τὸ ἀπόβρευμα αὐτῶν
 πίνῃ, ἀποθνήσκει. *Nerium* quibusdam *Rhododaphne*, aliis *Rhodo-*
dendron vocatum, frutex est vulgaris notitiae, longioribus cras-
 sioribusque foliis quam sint amygdalina: flore ad rosae similitudi-
 nem conformato, et siliqua fructui amygdalino proxima, quae
 quidem debiscens, lanosa quadam natura acanthii pappos reprae-
 sentante plena reperitur, radice acuminata et longa, lignosa, at-
 que gustanti salsa. Nascitur in viridariis, maritimisque locis
 et secus amnes. Flores ac folia canibus, asinis, mulis et plerisque
 quadrupedibus venena sunt, hominibus vero contra venenata-
 rum bestiarum morsus praesidia, si e vino bibantur, eoque magis
 ruta addita; imbecilliores autem animantes, uti caprae
 ac pecudes, si aquam biberint, in qua illa maduerint, moriuntur.
 Vid. ad hunc locum Cl. Bodaeus a Stapelin Theophrast. Hist.
 Plant. p. 46. et Cl. Reinesius Epist. ad C. Hofm. XXV. p. 94. 95.
 Plurimi e veteribus tamen non amygdali, sed lauri foliis assi-
 milarunt. Isid. libr. 17. c. 7. Rodandrum, quod corrupte vulgo
 lorandrum vocatur, quod sit foliis lauri similibus. Hinc
 Gallorum *Laurier-rose*, et *laurus rosea* Lob. Icon. 364. de qui-
 bus jam alibi. Foliorum haec, florum et coloris differentia
 has Nerii species peperit.

(1) Nerion floribus rubescentibus simplicibus C. B. P.
 sive *Rhododendron fl. rubro*, J. B. *Oleander* sive *Laurus Ro-*
sea Lob. et Parkinf.

(2) Nerion floribus albis simplicibus. C. B. P. *Rhodo-*
dendron fl. alb. simpl. J. B.

(3) Nerion Indicum angustifolium floribus odoratis sim-
 plicibus albis, sive *Belutta Areli* aut *Fula mestica alba*. Hort.
 Malab. T. IX. fig. II. vulgo *flos mysticarum*, teste Hermann.
 Prodr. Parad. Batav. p. 356.

(4) Ne-

(4) Nerion Indicum angustifolium floribus odoratis simplicibus variegatis ex albo et roseo Turnefortii in Coroll. Instit. rei Herbar.

(5) Nerion Indicum latifolium fl. variegatis odoratis plenis. Hort. Amster.

(6) Nerion Indicum latifolium fl. rubris odoratis plenis sive Tsiiovanna Areli aut Fula mestica rubra Bramanibus Caniru dictum. Hort. Malab. T. IX. fig. I. p. I. Breyn. Prodr.

(7) Nerion scandens Americanum radice Bryoniae tuberosa Plumerii in Cl. Turnefortii Instit. Rei Herb. p. 605.

(8) Nerion Americanum maximum folio longissimo non-nihil mucronato, quam speciem Hutlepatlen sive Arborem igneam Recchi credit Illustr. Sherardus in Paradis. Batav. Beat. Herm.

(9) Nerion Americanum maximum folio longissimo obtuso floribus odoratis luteis Paradis. Batav. Herm.

(10) Nerium Americanum lactescens longissimo folio, fl. albo odoratissimo Hort. Beaumont. Catal.

(11) Nerion Portoricense crasso angustissimo folio, inter plantas siccas exoticas Amplissimi Beaumontii.

(12) Nerio similis arbor. C. B. P. Nerii facie arbor. J. B. Nisi obstaret tomentum, quod arboris hujus seminibus adscripsit Pena, potiori jure Palega pajanelli et pajanelli Hort. Malab. T. I. quam Nerio congenerem credit Illustr. Sherardus in Parad. Batav. B. Hermann. ab ipso edit. p. 50. Paja'pajanelli et Pajanelli semina sunt depressa membranacea more imbri-cum in siliquis invicem incumbentia. Consimilem dispositionem habent semina arboris Nerio similis. Siliquae enim, docente Pena, infarciuntur pelliculis cepaceis exuvium serpentis eminentibus, ast, quod difficultatem parit, tomentosis. Si igitur per tomentum intelligendum sit cauda lanuginosa, ut Lobelius, uterque Bauhinus et alii intelligere videntur,

tur, utique Neriis, non Pajapajanelli aut pajanelli annumerandum censet ill. Sherardus.

(13) Nerium Mexicanum Persicae foliis siliquis luteis, Mexochitl seu Omexochitl Nard. Ant. Recchi, quam plantam Terentius ad Apocyna, Fab. Columna ad Neria referendam censet, et Jonstano Neriis similis arbor altera vocatur. Ast fructus, quos ipse Terentius Bursae pastoris similes fecit, docent ad arbores capsulatas recensendam esse arborem istam Mexicanam.

Vix Nerium, forte Apocyno congener, inquit Terentius, est Arbor illa Mexicana N. A. Reccho TETLATIA seu urens arbor Haitanis Guao dicta. At repugnat fructus, qui a Neriis et Apocyno valde alienus, et, Reccho ipso teste, uredinis forma et magnitudine est.

Neriis quoque Cl. Zanoni in Hist. Botan. duas plantas Creticas annumerat, quarum primam vocat, *Leandro Cretico fruttifero majore fetido*. Latine, Nerion Creticum fructiferum majus foetidum. Alteram nominat *Leandro di Candia fruttifero minore fetido*, sive Nerion Creticum fructiferum minus foetidum. Istas autem plantas nequaquam ad Neria, sed ad arbores bacciferas, et forsitan ad *Perichlymena* seu *caprifolia* spectare, florum forma et baccatorum fructuum dispositio evincere videtur saepius jam laudato Dn. Sherard. cui sententiae calculum adjecit ill. Rajus in Append. Hist. Plantar. Accenseri quoque Neriis alias plantas, mox videbimus; omnes tamen inter haec recensitas supereminet Malabarensum Tsiiovanna Areli, sive Nerion Indicum latifolium floribus odoratis plenis, cujus floris descriptionem ex Horto Malabarico depromendam duxi, ut plantae hujus venustas eo melius elucescat. „ Flores hujus Neriis in summitate furculorum in petiolis, qui terni simul ex angulis lateralibus erumpunt, ac ad exortum parvo cuspidato viridi foliolo, quod
„ dein

Gul-Badsamur.



Handwritten text at the top center, possibly a title or date.

Handwritten text at the top right corner.



dein decidit, succinguntur, plures congregati, septem
 vel octo videntur, suntque rosae plenae, foliolis rotun-
 diolis, anterieus leviter cuspidatis, incarnato rosaceis, tri-
 bus ordinibus distinctis, quorum singuli quinque constant,
 petalis, exterioris ordinis intensius rubescunt, medii latiora
 sunt ac rosaceo dilutiora, exterius magis albicantia et ni-
 tentia, intimi valde crispata, in medio interius tenui zonu-
 la albicante obducta, ex qua flosculos ejiciunt candidos,
 collum in collo foliorum medii ordinis includitur. *Stami-
 na* in medio numerantur decem flocculosa inferius plana,
 glabra, candida, superne pilis barbata et tortuosa. *Calyx*
 ex quinque angustis viridibus, cuspidatis foliolis confici-
 tur. *Gemmae* oblongae sunt, foliis supra se invicem con-
 volutis ac rubro-fusco nitentibus. In floribus praeterea
 animadvertendum, quod primo magis rubescant, ac de-
 inde magis ad incarnatum vergant; item quod rarius dent
fructum, ac non nisi in vetustioribus plantis. Haecenus
 Hortus Malabaricus. Excell. Hermannus in Hort. Acad.
 Lugd. Bat. p. 450. flores hos multiplici petalorum serie con-
 structos, amplitudine ad *Rosas moschatas* accedere scribit, *odo-
 ris* suavissimi, ob quem de collo gestantur ab Indis. Colitur
 hinc in hortis Ceylonensium aliorumque Orientalium toto
 anno, ex quibus in Belgium, et quidem in Hortum Lugduno-
 Batavum, transferri curavit Illustriss. Beverningius, in cujus
 nitidissimo viridario inter caetera ornamenta luxuriat. Ne-
 rii culturam propagandique modum si quis alius, optime
 certe tradidit Excell. Muntingius in de naawkeurige Beschry-
 ving der Aardgewassen Art. 22. p. 184. et Cause in de ko-
 ningliche Hovenier pag. 320. Praecipue Dn. Sterrebekke
 in de Anwysinghe de hinderlyke Kruiden cap. XV. annota-
 vit: Nerium licet sitibunda humidumque appetens existat

planta, flores tamen ejus e pluvia statim removendos esse, utpote putredini maxime obnoxios.

Quod si haec Nerii species visa fuisset veteribus, et τὸ ἄνθος ῥοδοειδές, uti Dioscorides exprimit, haud mirum, si ῥοδωνιά Rhododaphnen credidissent cum Suida; quam vocem tamen doctissimus Gaza *Rosam*, alii in plurali *rosacea*, nonnulli *plantarium rosarum* interpretati sunt. Hesychius: ῥοδωνιά, ὁ τόπος, ἔνθα φύεται τὰ ῥόδα. Harpocrat. in Lexic. p. 312. e Demosthene et Hecataeo probat, ῥοδωνιάν esse τὴν τῶν ῥόδων φύειαν, locum, ubi rosae nascuntur. Thomas Magister, in Eleg. voc. Attic. ex Edit. Blancardi et Lamb. Bos haec habet: ῥοδωνιά, ὁ τῶν ῥόδων τόπος. ῥόδον δὲ τὸ ἄνθος. ῥόδη αὐτὸ τὸ δένδρον. In Glossis utrumque. ῥοδωνιά Rosarium et ῥοδωνιά rubriceta. Graeci hodierni vocant ῥοδωνιά ῥοδοπέρβολον. vid. du Fresne Glossar. med. et infim. Graecitat. pag. 1304. Cl. Bodaeus a Stapel, cujus immaturum obitum omnes boni et docti aeternum venerabuntur, in Commentar. ad Hist. Plant. Theophrast. eruditiss. Rhodonia per rosam, cui frons perennis, qualis *Rosa del Cairo* vulgo dicta, i. e. rosa ex Cairo urbe Aegypti delata, interpretatur, Nerioque nostro minime competere credit. Industrius Gorraeus in definit. Medicis tradit, Rhodonia vocari vitem, flavas uvas ferentem, foliis lauri nunquam decidentibus, amaris. Apud Athenaeum vero libr. IX. Deipn. ῥοδωνιά sive ῥοδωντέα λόπας edulii genus est ex rosis, cerebro, ovi luteo, garo, pipere, vino, tritis, et in patella frixis. Confer Not. in Polluc. Edit. Hemsterhuis. in Fol. p. 137. ubi plurima notatu digna occurrunt, an ῥοδονιά, ῥοδώνια, vel ῥοδονία scribendum sit. Utut fuerit, certe elegans floris Nerii structura nitorque roseus, coronis Rhododaphnen intulit. Hinc Virgilius cecinit in Culice:

- - - *Hic Rhododaphne*
Liliaque et roris non a via cura marini.

ut sic locum obtinuerit inter vernos flores lectissimos, *lilia et roris marinum*, de quibus Ovidius l. 12. *Metamorph.*

*Vt modo rore maris, modo se viola ve rosa ve
Implicitet, interdum canentia lilia gestet.*

Sed mentitur tantum rosam Rhododaphne; hinc Apulejo eam pro veris rosis habenti, necem paene intulisse, sequens locus ex ejus *Metam.* libr. IV. p. 64. Edit. Pricaeae. desumptus indigitat: *Video frondosi nemoris convallem umbrosam, cujus inter varias herbulas et laetissima vireta, fulgentium rosarum mineus color renitebat. Sed loco proximus, non illas rosas teneras et amoenas, madidas divini roris et nectaris, quas rubi felices et beatae spinae generant, ac ne convallem quidem usquam, nisi tantum ripae fluvialis marginem densis arboribus septam video: hae arbores in lauri faciem prolixae foliatae pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modice punican-tes: quos equidem fragrantem minime terrestri vocabulo rosas laureas appellant, quarumque cuncto pecori cibis lethalis est. Repe- tit hoc Samosatensis scurra, Lucianus in Lucio sive Asino T. II. p. 88. Edit. Graevian. ἔκ ἢν ῥόδα ἀληθινά. τὰ δ' ἢν ἐκ τῆς ἀγρίας δάφνης φυόμενα ῥόδα ἐκεῖνα δάφνην αὐτὴν καλοῦσιν ἄνθρωποι, κα- κὸν ἄριστον ὄνω τῆτο παντί. Sed rosae illae non erant verae rosae, sed quae ex lauro sylvestri nascuntur; laurum ipsam vocant ho- mines, qui malus cibus est asino omni. Quam ob causam, cum asinis adeo infesta, *Asinaria* dicitur in Glossis Philoxeni, uti rescribit maximum literarum decus Bochartus, pro herba Si- naria. Strabo certe libr. XV. p. 1052. Edit. Almeloveen in A- riana multa Alexandri jumenta, hujus plantae (quam ὁμοῖόν τι δάφνη φυτὸν, vocat) esu, periisse Comitiali morbo scribit. Quanquam non solis jumentis, sed et pecori omni mortife- ram esse, jam ex Dioscoride retulimus.*

Nec tantum

equos

equos perimunt, mulosque asinosque canesque,

cum Palladius lib. I c. 35. murium sylvestrium aditus, Nerio solum claudi jubeat, qui hoc flore, dum exire conantur, pereunt. Simile quid tradit in Geoponic. scriptor. a Cassiano Basso collect. Apulejus libr. XIII. cap. 5. p. 360. Edit. Needham; Hinc oleander quoque dicitur Nerion, non quidem ab olea, sed ab ὀλεῖν, i. e. secundum Martin. in Lex. Etymol. ὀλλύειν, perdere. In Inscriptione apud Excell. Sponium in Miscell. Erudit. Antiq. Sect. III. n. 57.

VIGILIA METIA MASSAE FILIA
MARTI OLLVDIO
V. S. L. M.

ubi Mars Olludius ab ὀλλυμι, tanquam destructor humani generis; sic Oleander sive Nerion pariter perniciosum pecudibus: hinc Germanis, Unholden Kraut.

Quam tamen deleteriam Rhododaphnes qualitatem, ut a prima hominis labe derivet, qui prudenti olim cecinit Prudentius ore in Hamartig. v. 232. cicutam ante peccatum et Rhododaphnen innoxias fuisse, his verbis probare nititur:

*Noxius in teneris sapor aestuat ecce frutetis,
Cum prius innocuas tulerit natura cicutas,
Roscidus et viridem qui vestit flos Rhododaphnen,
Pabula lascivis dederit sincera capellis.*

Quos ultimos versus R. P. Chamillard. in Edit. hujus Poëtae ad usum Ser. Delph. sic optime interpretatus est: et flos madidus rore, qui implicat viride Nerium, erat capellis petulantibus pastus salutaris. In VVidmann. et Bongarsian. cod. MSt. legitur Rhododaphnin, et Hson Magister Glossae veterum explicat, Daphnis Graece Laurus dicitur: optimae tamen notae MSt. et Editiones Rhododaphnen exprimunt.

Haec

Haec igitur olim ante lapsum innocua planta, animalibus cunctis nunc noxia; quam non damnosam hominibus esse vult Dioscorides,

inclytus ille

Natus Anazarbo patria Pedacius heros,

Libr. IV. cap. LXXXII. quem locum modo recitavimus. Ejus sententiam confirmat Plinius L. XXIV. cap. XI. *Mirum, folia ejus quadrupedum venena esse, homini vero contra serpentes praesidium, ruta addita et e vino pota. Vel ut Poëta Latinus expressit:*

*Iumentis, ramis et frondibus omnibus una est
Exitiosa suis Rhododaphne: namque veneno
Enecat illa suo. Colubros tamen alma ministrat
Praesidia aduersus omnes mortalibus aegris.*

Pergamenus tamen noster Libr. VIII. de simpl. Med. Facult. maxime refragatur, scribens: Νήριον ἢ Ῥοδοδάφνη, γνώριμος ἅπασιν θάμνος, ἔξωθεν μὲν τοῦ σώματος εἰ κατὰ πλάσθειν, διαφορητικῆς ἐστὶ δυνάμεως εἰσω δὲ λαμβανομένη ὀλέθριόσ τε, καὶ δηλητήριος, οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις τῶν βοσκημάτων. **Eadem fere repetit infra:** Ῥοδοδάφνη κατὰ μὲν τὴν ὅλην οὐσίαν δηλητήριός ἐστιν οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων βοσκημάτων. *Nerium aut Rhododaphne, notus omnibus frutex, foris quidem illitus digerendi vim obtinet, porro si intra corpus assumatur, perniciosus ac venenosus, non tantum hominibus, sed plerisque etiam pecudibus est. Rhododaphne tota sua essentia venenum est, nec tantum homini, sed plerisque pecoribus.* Qui Galenum et Dioscoridem conciliare student, quos inter praecipue Matthiolus, dicunt: Nerium sumtum hominibus, a serpentibus non demorsis, perniciosum esse. Dioscoridis vero sententia, idem iis remedio esse, quos serpentes momorderint; qua ratione cantharides, auctore Ibn Sina, a cane rabido demorsis medentur, et euphor.

phorbium a scorpione iētis, aliaque venena plerumque aliorum ἀλεξιφάρμακα. Valerius Cordus, doctissimus juvenis, alio hos Medicorum principes modo conciliari posse credit. Si nempe intra corpus sumatur Nerium, venenum esse; si foris imponatur, contra venenatorum morsum auxiliari. Sed optime diligentissimus monuit Bauhinus, revera Nerium intra corpus sumtum, contra serpentium morsus opitulari, Dioscoridem intellexisse; fideliora enim exemplaria habent: αὐτὸν οἶνω πινόμενα, cum vino pota, videlicet flores et folia. Eruditissimus Bodaeus a Stapel, pace tantorum Virorum credit, vocum vicinitate deceptum Dioscoridem, confudisse Νήριον ac Νήριον. Νήριος memoratur Nicandro in Theriacis: Νήριον πηγάνιον τε περιβρυῆς ἔνδετε Θύμβρης Δρεψάμενος βλασόν. *Nerimque et late ducentem germina rutam furculus addatur Thymbrae.* Haec autem Νήριος a Nerio plane diversa, nil aliud quam Nardus montana, quam Syria gignit Intonsique procul Cilices collesque Sibyllae. Dioscorides Libr. I. cap. VIII. *Nardus montana, quae a quibusdam Thylacitis et Neris appellatur.* Nardum autem montanam adversus venenatarum bestiarum iētus, morsusque valere, nemo indubium vocabit. Acetum et syrupum hinc paratum morsibus venenatorum animalium, atrisque venenis, quae coluber fudit, tam intrinsecus quam extrinsecus praesentissimum remedium esse, tradit Cl. Jac. Bontius Animadv. in Garc. ab Orto p. 33. Nerio igitur affictum esse, quod Neri sive Nardo montanae debetur, omnibus patet. Auctoritate Dioscoridis et Plinii seductus Auctor Antidoti Esdrae, (remedii contra venenata animalia praecipui usus, quod nobis conservarunt Aëtius Amidenus, Comes Ὀψικίου et Paulus Aegineta,) Neri flores reliquis ingredientibus, et paulo post rosas Rhododaphnes adjunxit, et invicem, tanquam diversa forent, distinxit. Hinc optima Cl. Bauhini coniectura; interpretationem Rosarum Rhododaphnes

nes in marginè forte a quodam notatam, ab indocto homine textui ipso insertam esse.

Scribonius Largus scribit *Compos. Med. LV. cap. X. Ad dentium dolorem commanducare proderit herbam Rhododaphnen, et salivam dolentibus trajicere, ac pusillo diutius continere, et ita biantem pati salivam decurrere. Marcellus Empiricus, Burdegalensis vir inluster, qui ferme integrum Scribonium in sua Empirica transtulit, haec ut valetudini parum tuta exclusit;*

- - - nam gustu vebementer amara

Et fauces acri et linguam mordentia gustu

nec non pulsantes cordis rodentia venas.

Eruditissimus tamen *Rhodius* in aureo commentario ad *Scribonium Largum* sperat, Auctoris verba sine offendiculo sic legi posse: *et salivam dolentibus pusillo diutius continere, et ita biantem pati salivam decurrere.* “ Periculi enim res plena foret, scribit ulterius vir vere πολυμαθέστατος, salivam deglutire, imo Medicorum institutis adversa, ut vere moneat *Celsus, vitandum, ne quod haustum erit, devoretur: nisi trajicere idem significet, quod postrema sententiae verba.* “ Hoc vero ineptum, quandoquidem saliva aliquandiu retinenda. Verum ne optimum Auctorem sine causa mutilemus, omnia erunt salva, si quod credo putet, humorem extra dentes trajectum, ut dolorem leniat, aliquandiu continendum, antequam ore aperto fluat. Qua ratione si cui adhuc *trajicere* gravius videbitur, facile patiar, *trahere* substituat: quod rei et Auctoris menti convenientissimum est. “ Ita *Celso* libr. IV. cap. VII. *materiam trahere ac evocare,* eodem modo venit. At vero *Scribonii* voce, nihil commo- dius exprimit allecti liquoris propulsum, qui inter mandendum lingua peragitur. “ Haec ad salvandum *Scribonii* *Largi* locum *Ci. Rhodius*, artis medicae tantum sciens et intelligens, quantum humana mente capi et concipi potest.

De interno Nerii usu hodie ad unum paene omnes silent, et diligentissimo Bauhino subscribunt: *Consulimus omittendum usum internum medicamenti dubii, ne in iactura vasis, artem figulinam faciamus.*

Externe variis variis mederi tradunt Nerium. Discutiendi facultatem tribuit illi, si forinsecus imponatur, *Pergamenus* noster VIII. Simpl. id quod repetit *Aëtius Amidenus* *Tetrabibl. I. Sect. I.* Hinc frictionibus Athletarum commendatum, ceu jam alibi a nobis notatum: huic enim intentioni, ex mente eruditiss. *Reinesii*, Nerium quam accommodatissimum habitum, utpote scabritie foliorum et aculeolis cutem mordicans et laceffens, eoque strenue discutiens. *Abuali Ibn Sina* in Canon. l. II. Tr. I. pag. 105. commendat folia in duris humoribus resolvendis, ubi egregie proficiunt; dorsoque et genu longo dolore cruciatis mederi, ac prurigini, scabiei et intertrigini, praecipue e foliis expressis succum auxiliari asserit. *Rhasis* de Simplicibus scabiei atque pruritu conferre antiquis doloribus et vetustis penium et renum remedium afferre, si ex ea emplastrum fiat, tradit; hinc praecipue in Arthritide ab Arabibus commendatum Nerium, cujus morbi octoginta species Indi enumerant; quemcunque enim dolorem flatus corpori inferant, arthritidis tanquam morbi principalis nomine salutant. Vid. T. IX. Hort. Malab. T. VIII. p. 12. Hinc ex *Picrodaphne* (quam et *Rhododaphnen* Cl. Welschius eandem credit) ψωρικὸν ἐπίχρισμα πάνυ θαυμαστὸν, *Linimentum Psoricum omnino mirabile*, et omnibus ulceribus perquam salutare *Anonymi Graeci recentioris*, cujus MSt. exstat in illustr. *Augustana Bibliotheca*: Πικροδάφνης νεαρῆς ἀπαλάφυλλα γγγ. β. βράσον μετ' ἐλαίου εἰς ἀποτρίτωσιν. καὶ τὰ μὲν, ἅ δει, ρίψον. εἰς δὲ ἔλαιον πρόσθε κηροῦ γγγ. γ'. καὶ βράσον ἕως διαλυθῆ, ἐπίπασσε λελειωμένον θεῖον ἄπυρον γγγ. α', καὶ καλάχριε ἐν ἡλίῳ. Ἰνὲς δὲ ἀντὶ τῆς πικροδάφνης σκίλλην ἔψοντες ἐμβάλλουσι. **ex versione Welschiana:**

Ex Picrodaphne novella foliorum teneriorum uncias duas cum oleo coques, usque dum contundi queant, et quae opus habebunt, teres. Oleo autem indes cerae uncias tres, iterumque coques, dum dissolvatur. Tum insperges sulphuris vivi et laevigati unciam unam, atque ad solem illines. Quidam tamen picrodaphnes sive Rhododaphnes loco scillam coquentes adjiciunt. Haec e codice Augustano, *Welschius*, Medicorum paene omnium perfectissimus, et, ut cum *Eunapio Sardonio* loquar, ἐμψυχος βιβλιοθήκη, spirans, inquam, Bibliotheca, vivumque adeo Museum, ita in eo fere nihil ex omnibus artibus, disciplinis et linguis, quod perspectum cognitumque non habuerit, desideretur.

Quae de necandis per decoctum Rhododaphnes pulicibus teredinibusque habet *Ebn Sina*, ex *Geoponicorum* libris, olim *Constantino Porphyrogeneto* adscriptis, nunc ab *Excell. Needhamo*, *Cassiano Basso* tanquam collectori vindicatis, mutuo sumsit. De Pulicibus domesticis haec habet *Pamphilus*, Grammaticus Alexandrinus, *Aristarchi* discipulus, *Geponic. libr. XIII. cap. XV. p. 371.* Ποιήσας βόθρον, καὶ κόψας ῥοδοδάφνας, βάλλε εἰς αὐτὸν, καὶ κεί συνδραμοῦνηται πᾶσαι, διαφθεῖρει αὐτὰς ὁμοίως καὶ σπέρμα νάπεως καὶ ῥοδοδάφνης ζεσθέντα ἀμφοτέρω, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ ραινόμενα. Scrobem facito, et Rhododaphnas contusas in ipsam mittito, isthucque omnes concurrent. Perdunt eos similiter semina sinapis et Rhododaphnes fervida, et in domo respersa. De muscis abigendis hoc ex *Anatolio*, *Theodosii Imperatoris Magistro*, refert *Berytius*, vel forte *Hermippus*, *Philonis Biblii* discipulus, *Geponic. Libr. XIII. cap. XII. p. 369.* Ανατόλιος δὲ φησὶν, εἰ βούλει αὐτὰς εἰς ἓνα τόπον συναθροῖσαι, ποιήσας βόθρον, καὶ κόψας ῥοδοδάφνας ἐμβαλλε εἰς αὐτὸν, καὶ κεί συνάξεις ἀπάσας. *Anatalio. Auctore si muscas in unum locum congregare velis, scrobem facito, et Rhododaphnas contusas in ipsam mittito, isthucque universas congregabis.* De fugandis muribus rusticis *Apulejus Geponic.*

libr. XIII. haec habet: Οἱ κατὰ Βιθυνίαν ἔμπειροι ῥοδοδάφνης φύλλα εἰς τὰς ὀπὰς ἐμφράττουσιν, ὥστε αὐτοὺς ἐξίέναι σπύροντας τοῖς ὁδοῦσιν ἀπλεθῶν. ἀπλόμενοι γὰρ διαφθεῖρονται. *Qui in Bitbunia rerum experti sunt, Rhododaphnes foliis foramina obstruunt, quo mures prodire gestientes illa dentibus attingant. Ex contactu enim encantur.* Eadem jam alibi ex Palladio retulimus. Claudat agmen, quod *Sotion in Geoponic. libr. II. cap. XLII. p. 66. retulit experimentum: ὁ ὀσπρολέων, ὃν τινες ὀροβάγχην καλοῦσιν, οὐκ ἀνάλευσε ἐν ταῖς ἀρούραις, εἰ ἐν ταῖς γωνίαις τέσσαρσι, καὶ ἐν μέσῳ τῆς ἀρούρας ἐμπήξειας ῥοδοδάφνης κλάδους, τοῦτο δὲ πάντα τὰ ὀσπρία ἀσινῆ φυλάξει.* *Leguminum leo, Orobanche appellatus, non proveniet in arvis, si in quatuor angulis et in medio arvo Rhododaphnes ramulos infixeris. Hoc autem omnia legumina incoluntia servabit.* Illud paene praeteriissem, Ebn Sinae Nerium esse sternutatorium; ubi obiter noto, *Nera vel hnera sternutationem in lingua veteri Scytho Scandica designare. vid. Index Verelii Scyth. Scand. ab Ol. Rudbekio edit.*

Nullum quoque dubium, Amuleti vices supplevisse Nerium. Est in Amici gemmaria penu jaspis cum inscriptione: **ARBVSCVLA AMARA**, et literis R. D. in medio ramusculus; interpretor: **RHODO-DAPHNE**. Sic Nob. Sponius *Miscell. Erud. Antiq. p. 297.* Amuletum simile cum literis M. D. interpretatur: *Mater Deorum*, ramum vero Pinum, sacram huic Deae arborem.

CAP. V.

Nerii speciem *Saccharum* vulgo *Schakar el Ma-ascher* suppeditare, testis est R. P. *Angelus de St. Josepho*, in *Versione libri Persice inscripti: Mourekabat quavabidin*, compositiones Pharmaceutices Auctoris *Mouzaffer Elen Mouhammed el Hosseni*, in *specim. Not. ad Compos. N. 373.*
Sed

Sed cum paene deleta sit Sacchari hujus, Nerii specie producti, in officinis pharmaceuticis et hodiernis materiae medicae scriptoribus memoria, ejusque historia, secundum Ill. Salmasium, non careat ambiguitate, ex Arabibus Artis nostrae Principibus illud reducendum erit.

Conservavit nobis imprimis ejus notitiam polyglottos *Deusingius*, orientalium linguarum callentissimus. Sic enim de illo testis omni exceptione major, eruditissimus *Ludovicus de Dieu* in Praefat. Historiae Christi, e Persico latine reditae: *Nec praetereundus nobis egregius Juvenis, Antonius Deusingius Medicus, qui Cl. Jacobi Golii aedibus, adeoque ipso domestico praeceptore, per multos annos usus, in Arabicis et Persicis sic profecit, ut de republica literaria plurimum mereri possit. Nec fefellit haec spes, cum Lexicon Medico Arabicum, nomenclatoremque Persicum et Turcicum conscripserit, quod ipse fatetur Deusingius in Praeloquio Vindiciarum contra Bernardi a Doma furiosos insultus, et versione Cantici Ebn Sinae Principis Abi-Alis, impressa Groening. 1649. in 12mo (cujus opusculi praefationi vel eruditione vel ingenio nihil omnino est quod accedat,) omnibus palam fecit. Hic igitur ἀπαριθμήσας Deusingius differt. de Saccharo, plura quam Medicorum ullus hac de sacchari specie collegit, et praecipue circa ejus nomen annotavit, illud varie pronuntiari. Ab Ebn Sina, Al-oocher; a Cremonensi, Al hufar; a Bellunensi, Alhasser; ab aliis (apud Serapionem libr. Simpl. c. 50.) abjecto articulo praepositivo, Al Haboscher, Haboscer, Haosser, Albosor, Alossar, denique Alhasser. Nec mirum, tantam in scriptione occurrere discrepantiam, quae ut magnam partem, ita tamen non in totum, ab incuria vel temeritate scribariorum in obscura voce exprimenda profecta est, quippe orta plurimum a difficultate, quae est circa repraesentationem primae literae radicalis; Ea cum sit gutturalis litera Ain, re-*

spon;

spondens Hebraeorum ך, nullo charactere vel characteribus Europaeorum exprimi apta est: Dum itaque ea adjunctam habet vocalem *a* vel *u*, a nonnullis pronuntiatur ut *Habo*, ab aliis *Ho*, ab aliis *Hu*, ab aliis *O* etc. Quin et cum vocales non sint de essentia dictionum, sed duntaxat pronuntiationi inserviant, adeoque raro ab orientalibus adnotentur; nonnulli pro *o* vel *u* addiderunt *a* primae radicali, ac pronuntiarunt *Ha*. Vulgari modo eorum, qui Hebraeas literas tractant, pronuntiarum posset *Gno* vel *Ngo* *g.* consonante ut *G.* Germanorum, seu Persarum aut Turcarum *K* punctatum. Nos facilitatis causa *Oo* pronuntiabimus. Secunda autem radicalis est *Schin*, valens *sch* seu *sj*; unde *Ooscher*, *ooschar* exprimimus, vel cum minori aspiratione *Ooscer*. Haec laudatissimus Deusingius de varia sacchari hujus pronuntiatione.

Nec minor circa generationem, arborem naturamque hujus sacchari, discrepantia. *Ebn Sina* enim Mannae speciem, supra plantam *Al oschar* cadentem sicut frusta falis, credit: cui *Beitarides* suffragatur; at male hoc saccharum dicit esse sicut frusta falis, in quo denuo id, quod a priori voluit distinguere, cum eodem, vel saltem saccharo Indico, quod dicebat inveniri super arundinem sicut fal, confundit.

Dissentit ab *Ebn Sina* *Serapio*, (non ille quidem, cujus meminit *Cicero* et *Celsus* Prooem. libr. I. Sed qui tempore *Leonis Imperatoris* circa Annum Christ. 742. demum inclaruit;) et ex *Ibn Mesuai* de *Simpl.* cap. 50. *Saccharum*, quod ab *Al-Jemen* (*Vlug Beig*, *Parthiae* et *Indiae* Rex, magnique *Timurlani* Nepos, in *Tab. Geogr.* a *Cl. Gravio* Londini Arab. et Lat. edita, *Taman* vocat,) sive *Arabia felici* affertur, simile *mastichi* esse et *Zuccharum Huoscher* dici refert. Idem *Serapio* ex *Isaac Ben Sulaimen* de hoc saccharo memorat: *Zuccharum* e regionibus *Heigen*, (corrupte pro *Higjaz*, *Vlug Beigi Hejaz*,
sive

sive Arabia petraea sic dicta, quod colligata et constricta sit montibus, teste Cl. Golio not. in Alfergan. p. 98.) quod nominatur Zuccharum Haoscher, esse minus speciebus aliis in dulcedine, et plus in siccitate. Sed in utroque fallit et fallitur *Serapio*: id ipsum enim, quod *Ebn Sina* sacchari speciem faciebat, adeoque a manna distinguebat, cum illa mannae specie confundere videtur, quae *mastichina* a granorum similitudine, seu granata, vel potius granulata, appellari solet. Et saccharum e regionibus *Higjaz*, perperam pro saccharo Al Ooscher haberi, si invicem conferantur, clarum evadet. Elucet ex his, Arabes ipsos hujus sacchari non ita plenam habuisse rationem et cognitionem, cum non ubivis illius fuerit proventus. Cumque sal *Jemanicum*, seu saccharum Arabiae felicis, hoc est saccharum Arabicum Dioscoridis, Galeni, Plinii, non novissent magis exacte, existimarunt alii, illud saccharum Arabiae felicis dictum esse saccharum Alooscher; alii cum lac illud Alooscher adeo sit causticum, ut coria illo depilentur, et potum pondere sesquidrachmae interficiat, solvendo excoriandoque, non ex ipso frutice oriri, sed de coelo cadere in eam plantam sub mannae nomine, cum tamen omnis manna dulcis; haec vero concretio subamara. Varias has Arabum sententias sequenti metro inclusit Cl. *Khuenius Zodiac, med. T. I. libr. V. p. 861.*

*Distat ab hac Arabum Sacchar, quod ab arbore Alhassar
Concretum gummi aut salis instar labitur; idque
Ob teretes grumos Avicennas nomine Mannae
Extulit; Aegypti ac Arabum frondescit in oris.*

Et paulo post:

*Fluit manna hoc Sacchar de more minutis
Concretum glebis, non ros, sed nobile gummi.*

Post Arabes conticuit in scholis fere Medicis hoc saccharum.

Illustris tandem *Julius Caesar Scaliger* Parens, naturae illud *Daemonium*, Exercit. CLXV. contra *Cardanum*, varias ignotasque sacchari species recensens, et hujus pariter non dememinit; ast infelici conjectura, cum *Tigalam* plantam esse censet, ex qua saccharum exturgescit, concrescitque in minutas grandines. Hinc saccharum *Alhasar* et *Aloosher* maxime referre credit, ideo notatus ab incomparabili *Salmasio* in *Plinian.* Exercit. in C. Jul. Solin. Polyhist. p. 926. a. b, qui errorem quoque eruditum errat, dum *Tigala* aliud nihil, quam lac concretum plantae esse judicavit, cum tamen *Bellonium* citaverit, quo Auctore nemo melius generationis hujus sacchari primordia expressit, *Observ.* libr. II. c. 91. p. 148. quando ope vermiculi, scarabaei aemuli, se intra folia plantae involventis, et inibi habitaculum conficientis, saccharum hoc parari scribit: id quod *Serapio* olim obscure expressit, dum ab oculis ramorum succum egredi memorat.

Omnia dilucidissime ortum delineat jam supra laudatus P. *Angelus de St. Josepho Not.* in *Pharmacop.* Persic. p. 361. quod saccharum istud exterius corrugatum et agglomeratum adhaereat cuidam e folio infundibili modo contorto nucleo, in quo non fructus, sed insectum quoddam nigricans, Persice *c-bezoukek*, bombycis instar nidificat, et recumbit, quod paulatim ut aranea sibi reticulum negligenter net; idque insectum muscifforme in vermem degenerans, nucleum solidum bombycis modo, ut jam supra relatam, quasi sepulchrum sibi parat, intra reticulum comparatum, circa quem nucleum materia illa dulcis et candida quasi nix glomeratim adnascitur et condensatur, quae Arabice *Saccar el Aschaar*, aut *el ma ascher*, et Persice *schakar Tigal* vocatur, i. e. *saccharum nidorum*, ut vult *Zein el attar* in suo *Echtiarath*; aut vero, et melius, saccharum animalium, eo quod aqua dissolutum ad morbos pecudum gutturales propinetur.

tur. Haec P. Angelus a St. Josepho. De voce *Tigal* Bellonius testimonio suo confirmat, neminem esse, qui Turcica appellatione illud *Tegalia* nuncupari non noverit; cujus nominis originem ὁ πόνυ *Salmasius*, et Cl. *Deusingius*, in Graecia quaerunt, cumque saccharum al Aschaar nivi vel lacti ob albedinem assimiletur, et in officinis pigmentariis Constantinopolitanis in globulos avellanae magnitudinis redactum, sub *Tigalae* nomine vendatur, lingua graeca vulgari quasi exprimi τὸ γάλα volunt; sicuti *Olibanon* dixere olim pro thure ὁ λίβανος.

Vidimus sacchari genesin; nunc arbor vel frutex, cujus folia insectis sacchariferis nidorum materiam praebent, examinanda. Mira circa hanc Auctorum divortia. *Ebn Sina* *Taxum* substituit, cum *Asjar Taxus* sit, vid. Plempius in eruditiss. ad *Avicenn.* Cancn. Comment. Hinc *Glossa Cyrilli: Rhododaphne, Taxus; lauria andrium*: nam *Taxum* quoque

falsi sub suspicione veneni

*Insontem Graji jam damnavere Poëtae
Historicique, fidem fama leviose secuti.*

*Me decet arboreum vatem purgare malignis
Arboream dictis, et ficto carmine Divam.*

*Si qua fides Vati non Grajo, Taxus ab omni
Pura veneficio est, Taxi sub tegmine quivis
Dormiet inque oculos, inque aures tutus utrasque.*

*De vino responde mibi, et mibi pocula praebe
Taxica, non equidem parcam vel dante noverca.*

Putida Grammatici res est, hinc Toxicam dici.

Sic taxum vendicat ab omni veneno elegantissimus Anglorum Poëta, *Coulejus Plantar.* L. VI.

Cl. *Deusingius* ex Auctore aliquo Arabe notavit, Al oscher esse arborem, cujus fructus vocatur *Cherfaa finali y*, quod male

scriptum putat pro *Chervaa*, quod Ricinum significat, teste *Ibn Bitar*; plantam nempe *Jonae Prophetae*, quae brevi tempore succrescebat, et quam erosam a verme indignabatur. *Kikajon* fuisse ricinum, fufe et asseveratione irrevocabili tuetur atque defendit *Guilandinus* noster Epist. ad Patric. ejusque sententiae inhaerent Theologorum praecipui. Planta haec sub nomine *Pandi Avanacu* conspicienda est in regio opere *Horti Malab.* T. II. fig. XXXII. tantaque copia progerminantem circa Tripolim Syriacam observavit Cl. *Rauwolfius* in Itiner. ut viam regiam viatoribus praecloserit. Est et alia hujus nominis *Cherfa* sive *Kerfa* planta, cujus meminit solertissimus *Welschius* Hecatost. Prim. cap. XII. pag. 16. quam corticem *Culilawang* esse, in ejus *Descriptione* cum Deo et die probabimus.

Serapio testatur, secundum alium quendam Arabem *Hehoscher* esse speciem tithymali, cui classi quoque Ricinus seu Cataputia major a nonnullis accensetur: de qua drastica planta Poëta monet:

*Purgantes inter violentior omnibus herba.
Errones fugito, sua qui modo pharmaca planta
Hac condunt, virusque suis mortemque ministrant.
Heu! fuge crudeles artes, fuge vulgus avarum,
Emungens auro aegrotos et funere mergens.*

Abrianifa apud *Serapionem*, per *Al oscher* intelligere videtur plantam quandam, quae non nisi aequivoce dictum saccharum proferat, seu lac aliquod e planta exsudans inspissatum, quod non nisi externa facie saccharum repraesentet, dum interim viribus a saccharo longissime distet. Equidem maximus *Salmasius* testatur, multis aliis praeterea succis, sed non nisi congelatis sive coagulatis, ut saccar Mambu, saccar Tengae e liquore palmeo, Indis Jagra dicto, sacchari nomen tribui.

bui. Folia porro lata habere Hahoscher, *Abrianifa* asserit, et Zuccharum quod egreditur ab oculis ramorum et a locis foliorum ejus, et prodeunt ex eo mala sicut testiculi camelorum, et ab illis pomis res quaedam adurens provenit, ita ut non possit fieri cauterium cum re meliori ea; quando inciduntur folia Hahoscher, emittunt lac, quod colligitur Majo mense, et ponunt in eo coria, et non remanet in iis pilum. Quae omnia ab *Abrianifa* prolata, non inepte ad Ricinum et genus *Tithymalinum* referenda, metro inclusit Poëta *Khuenius* Zodiac. med. T. I. libr. V. p. 861.

*Est arbor crasso ligno, pulchroque levique,
Et recto, fert poma cameli imitantia formam
Testiculi, quibus et liquor destillat adurens
Adstringensque parum, ad cauteria commodus igne
Facta.*

Eruditissimus *Golius* in *Lexico Arabico*, stupendi laboris opere, ex Arabum quorundam sententia refert: *Alhoscher* arboris spinosae et gummiferae speciem esse, cujus fructus tubercula inflata, quae et hoc nomine appellantur, alba.

In hac sententiarum diversitate, saepius nobis laudati *Salmasius* et *Deusingius*, rite pensitatis omnibus, ad *Apocynum Syriacum*, quod *Periploca Syriaca* *Dodonaeo* dicitur, delabuntur, eo quod planta haec pariter lactescens sit, e qua succus sponte magna quantitate exsudans, sensim similitudine Gummi *Tragacanthi* inspissatur. E floribus quoque, loco fructus, duo poma seu sacculi, testiculos referentes, prodeunt lanugine referti, quibus Arabes tomenti vice implent pulverinaria, et fomitis loco utuntur ad accendendum ignem. Unde *Hoscher* in *Exodi versione Arabica* pro $\omega\omega$ sumitur, quod genus lini subtilissimi et candidissimi significat. Sunt, qui *Byssum* interpretantur. Saadias de lana hoscher accepit

Exod. XXV. Linum autem et lanam indifferenter auctores appellant id genus omne, quod ex arboribus et fruticibus legitur, ut ex gossypio et aliis corticis plantis. Haec illustr. *Salmas.* in *Homonym. Hyl. Jatric. cap. 79.* vid. quoque doctiss. *Braunius de Vestit. Sacerd. Hebraei,* passim.

Ab his testiculis vel sacculis nomen huic plantae tributum *Beidelsar*, ut est apud *Prosper. Alpin.* de *Plant. Aegypt.* quasi dicas *Beid el ossar*, i. e. ovum *ossar*; aptius tamen *testes Ossar*, ex mente *Cl. Veslingii* observ. ad eundem p. 28. dicuntur, quia *testiculus* ab ovali figura vocatur *Beida*; qui insuper annotavit *Beidelsar* peritioribus Arabum medicis *Ossar* simpliciter et *el Vsar* dici; et lac ubertim acre atque amarum fundere caule, ramis, nervulisque cunctis, quod concreescens locis calidioribus, non saporis, sed candoris quadam similitudine *Mann* et *saccar el usar* appellatum fuit. Estque haec planta *Ericu* et *Bel-Ericu Hort. Malab. T. II. figur. XXXI.* ex mente *Amplissimi Commelini* in *Not.*

In hanc plantam cuncta, quae *Abrianisa* de *Al oscher* habet et recenset, si *Prosp. Alpinum* aliosque inspicias, quadrant. *Honorius* certe *Bellus*, literis ad *C. Clusium*, hanc plantam *Ebn Sinae* et *Abrianisae* *Al ooscher* indubie esse credit, et descriptione hujus fruticis, ab *Ebn Beidar* et *Malahysab*, Medico Persa, qui *Ebn Beidar*is *Historiam in epitomen redegit*, (quorum libros *MStos* apud *Haym Abenxuemsem*, medicum Ebraeum, Hispanico sermone vidit) mutuo sumpta, magis magisque firmat; cui *Cl. Clusius* pariter *Rar. Plantar. L. V. c. 4.* accedit. Nec alia forte planta industrii *Cornuti de Plant. Canadens.* cap. 37. qui non tantum de hac majori, sed et minori *Apocyno* recto *Canadensi* annotavit, succo plantam totam turgere lacteo viscido, cujus lentore fiat, ut pedibus implicatae muscae haereant, implicatis visco pediculis, et frustra alarum nisu vitae consulere tentent; quippe et odo-

re

re et sapore alleſtae frequentes advolant. Forte hoc inſecti genus eſt Perſice *C-bezoukek* dictum, e quo ſaccharum *Al-oolcher* confici, refertur a *P. Angelo*. Ne tamen mireris, ab inſectis tantam proficiſci dulcedinem, et melli analogam qualitatem; quippe mirabilia dabimus in *Myrmecologia noſtra*, ubi de *formicis mannam et Litin Bitſik elaborantibus*.

In admirationem rapitur modo laudatus *P. Angelus*, peregrinatorum ne ullum, curioſiorem licet, excepto illuſtri *Thevenotio*, hujus plantae ab ipſo delineatae et deſcriptae, mentionem injeciſſe, quam *αυλόπτης* circa oras maritimas *Bender Congo*, et *Bender Abaſſi*, portuum nempe Perſidis e regione *Hormuſii*, ſaepeius naſcentem et luxuriantem obſervavit. Et *Thevenotium* quoque, ratione denominationis plantae aliarumque circumſtantiarum deceptum, queritur ab mercatore Armeno, qui mancam ei mutilamque plantae hitoriam ſuggeſſit. Dum enim plantam *Kerzereh* vocat, generale omnium deleteriarum plantarum nomen huic imponit; ſpecialiter autem plantam lethiferam denotat, *fel aſini* dictam, eo quod vel beſtiae hujus felli guſtu ſimilis; vel quod animal hoc duriffimae caeteroquin vitae, ſi plantae hujus amaritiam deguſtarit, tanquam lethali aſſumpto pharmaco, ſtatim corruat et moriatur, teſte generoſ. *Dn. Chardin* deſcript. Itiner. Perſic. T. II. cap. 3. p. 12. Edit. ult. in 4to, qui inſuper plantam, *Kerzereh* dictam, a planta ſaccharum *al oſcher* proferente, plane diſtinguit.

Eſt autem, e *Thevenotii* mente, Frutex ad viri proceritatem et ultra germinans, cujus truncus hominis adaequat craſſitiam, e quo rami prodeunt brachio aequales, in pluriſimos ramulos, quorum minimi digitorum craſſitie, diviſi. Cortex illi craſſior, ſub quo truncus lignoſus albicans. De hoc ligno *Al-oolchar Serapio*: Lignum eſt leve, craſſum, reſum pulchrumque, ut ideo aſſimilaverint cantilenarii in cante.

cantilenis brachia et crura amasiarum, ligno huic. Color arboris, secundum *Thevenotium*, virore albicat, vel ut *R. P. Angelus de St. Josepho* explicat, frondibus exterius valde vi-
 rentibus, interius autem candicantibus, lanuginosis et flac-
 cidis quasi verbasci foliis, figurae ferme ovalis, veluti nucis
 frondes. *Thevenotius* quoad crassitiam *Lauro cerasi* foliis,
 longioribus tamen, assimilat, qui in ordine eorum describen-
 do pariter accuratus existit, dum recenset foliorum bina sibi
 semper esse opposita, non tamen ex eodem latere, sed se-
 quentia bina cum praecedentibus crucis figuram efformare,
 petiolis tamen carere, caulem ex quo prodeunt amplecti,
 illique annexos esse. Ad summitatem plantae, et ut plurimum
 prope antepenultimum foliorum ordinem, scapus prodit
 crassitie caudae sive petioli *Tulipae*, (*labruscae* assimilat
Chardinus) digiti longitudine, ex quo alii parvi cauliculi ori-
 untur numero ut plurimum quindecim, quorum unusquis-
 que in floris summo superbit, qui juncti umbellam effor-
 mant; antequam flores erumpunt, dimidii oboli latitudine
 in diametro adaequant instar globuli plani, ejusdem paene
 magnitudinis ac figurae, cujus sunt officula albicantia pla-
 na in summitate, in pisce *Raja* reperiunda: inferne flores in
 rotunditatem globantur, dum foliola, ex quibus componun-
 tur, sese jungunt. - Flores aperti parvulas mentiuntur *Ane-
 mones*; externe coloris sunt ad violaceum accedentis, admo-
 dum laevigati, fundus interne albicat, apicesque foliorum
 purpurei coloris, inferne figura pentagona plane lutea elu-
 cet, cujus anguli singuli in foliolum floris terminantur: et
 e medio cujusque hujus pentagoni lateris denticulus quasi,
 inferne candidus, superne purpureus prodit, suntque den-
 ticuli hi semper binis foliolis interjecti, floresque rubi flori-
 bus similes. Haec *Thevenotiana* florum descriptio. *R. P.
 Angelus* fructum floremque alio plane modo delineat. Fructus
 sunt,

sunt, scribit, omnino similes humano stomacho seu ventriculo quoad formam, non autem ejusdem molis, sed ferme dimidio majoris, coloris exterius subviridis, interius candidi, molli- que infarcti pulpa: hi autem flante Austro maxime hiant, tum ex hiatu erumpit flos caeruleus, aspectu mirabilis, lilii de- licati specie, quem Persae vocant *Gul Badsamur*, ex Fr. a St. Jo- sepho interpretatione, *florem venti pellis castorei*, metaphora sumta a caliditate pellium castorei, quibus Persae contra hye- mis rigores vestiuntur. Generos. *Don. Chardin* interpretatur *florem venti suffocantis*.

Ne vero compendio plus aequo studens, rem verius im- plicem, quam explicem, idcirco hac occasione paulo altius exordior, et Ben. Lectori prius ex Auctoribus Persicarum re- rum, quale hoc ventorum genus existat, pluribus indictum adhuc, exhibeo. At nemo melius hos nobis demonstra- bit Excell. *Kaempfero in Amoen. exot. Fasc. IV. §. 3. p. 671 et 721.* esse nempe ventos ex austro occidente post meridiem flantes, aestuosos adeo, ut ex orci faucibus propelli magis for- midandi nequeant. Incolae eos *Baadi-Samur*, barbaro ipsis nomine, et venenati quid insinuante, vocant; rectius circios infernales appellaverint, ex eorum quippe occurso, praefer- tim in turbinem si agantur, viatores nonnunquam prosterni et praeclusos spiritu suffocari contigit, nisi linteo madefacto faciem operiendo, suffocationis periculum declinaverint; quo fine nemo facile sine plena amphora iter hoc coelo suscipit. Res prodigio similis, et ut a nemine haecenus me- morata, sic ex naturae principiis nondum decisa est: Cur sty- gii isti flatus, cum flammae instar ardeant, liquores tamen et madentes pannos contactu suo algidos reddant; quin etiam reconditos intra cameram, et non contactos, mediocriter re- frigerent? Certe qui a corporis lotura, (quam hic in detri- mentum amamus advenae) ex cisterna madentes prodeunt,

ab hoc vento afflati vim frigoris percipiunt intolerabilem, ac paene funestam, nisi subito inarescens cutis molestiam cum madore rursus deponeret.

Quod si aqua, vento hoc ingruente, defuerit, aliud remedium genus suppeditant generosi peregrinatores, *Thevenotius et Chardinus*, ut nempe iter facientes linteo statim caput obtegant, proneque ventre in terram projecti, faciem tamdiu terrestri glebae arctissime infigant, usque dum deleterii hujus presteris impetus, vix horulae quadrantem durantis, transferit. Et quod adhuc magis mireris, corpora turbinis hujus deleterii vi trucidata, dissoluta quasi reperiuntur, cum interim situi et coloris corporis naturalis nihil decedat, et carnea veluti statuae, rigida, vitam quasi spirantia, exanimia tamen, hoc ipso illis corporibus non absimilia, quae in cella vinaria reperta fuisse, tradidit Excell. *Connor de Antr. lethifer.* Art. II. p. 15. *Chardinus* dormientibus assimilat et jungit: Quod si hoc vento demortui, et aeterno involuti somno, manus pedesque quis tangat trahatque, a corpore secedentes mox manibus suis tenebit, vel in pulverem rediget; id quod duobus exemplis lectu certe dignissimis comprobatur. Memorat porro, hos ventos inter decimum quintum Junii et Augusti quintum decimum diem, quo tempore calor ad sinum Persicum maxime regnat, summam exercere tyrannidem, maximo sonitu flare, et rubente ac inflammante quasi colore, instar flammae fornacis, secundum *P. Angelum*, furere; indicio veneni penetrantissimi, a quo nomen gerit. *Bad* quippe ventum denotat; imo secundum magos e Zoroastri secta, *Angelum ventorum Praesidem, Aeolum ethnicorum. Bad Khani* pariter nomen fontis provinciae Damegan, e quo certo anni tempore venti prodeunt tanti impetus et vehementiae, ut homines et animalia sursum in aëra collant, arboresque radicibus evellant: quare cognomen *Geschmen Bad* fonti huic tribuitur.

tur. Vid. Interpres quondam Regis Galliarum doctissimus, *Mr. d' Herbelot dans la Bibliothéque orientale* p. 165. A voce hac *Bad*, veloces et ventorum aemuli equi *Bad pai* dicuntur Cl. *Oleario* in *Itiner. Persic.* *Sam* autem Arabica lingua *venenum* exprimitur. Hinc in locis ipsis, teste *Dn. Chardin*, *Samyel* audit, voce composita ex *yel*, Turcice *vento*, et *Samm*, *veneno*: nomine hoc *Samyel* incolas regionum Bagdad et Mosul, ubi triste pariter ejus dominium, exprimere itidem refert *Dn. Thevenot*.

Accidit sic hominibus, suffocante hoc vento *Badsamur obrutis*, quod animalibus in antlia pnevmatica *Guerikiana* inclusis; quae aëre crassiori evocato, relictoque solum iisdem aethere tenuissimo, protinus spasms tentata suffocantur et expirant. Est enim vento hoc irruente et rarefacto, externi aëris elater, internae aëris elasticitati movendae impar: unde ab hoc viscera interna cava nimium expanduntur, inflantur, et fibrae tensionis impatientes, ad contractiones spasmodicas irritantur, tandemque suffocantur, ni remedio a Cl. *Kaempfero* suppeditato se muniant. Sic *Josephus Acosta* nauseam et vomitiones, quas gravissimas ipse cum sociis quibusdam passus erat, dum *Pericaccae*, montis *Peruviani* et forsan totius orbis editissimi, juga transiret, non inepte aëris subtilitati, materiae aetherae copia rarefacti, acceptas tulit. Nec mirum faciem, linteo madefacto involutam, opem ferre contra suffocans hoc flamen, cum jam olim ab *Aristotele* annotatum fuerit, *Olympum* ascendentibus spongas madidas, ori et naribus admotas, tenuissimi indeque infesti aëris depulisse noxam, quod ab illis, qui *Teneriffae* coelo contermina juga superare student, pariter fieri assolet. Sic canes in antrum *Neapolitanum*, *Grotta del Cane* dictum, projecti, dum hiant ore jam moribundi in adstantem lacum *Agnanum* immerguntur, ab aqua hac quasi hausto nectareo latice refecti, ab orci faucibus revocantur, restaurantur et currunt. Simile

quid de Svalbacensi Crypta, Puteolanae illi simili, recenset in *Observ. Medic. Phys.* libr. III. *Observ.* 46. p. 535. seqq. eruditissimus *Pechlinus*, Cimbrorum Archiater felicissimus. Qualis pariter spelunca in montibus *Al Botom* regionis Mawaralnahrae, de qua scriptor Arabs *Ebn Haukal* in opere prolixo, quo, quicquid in universis regionibus singulare, magna cum laude complexus, scribit, quod ejus spiraculis occlusis vapor in eadensus exoriatur, noctu ignem, interdiu fumum referens, et hoc esse *Al Nushader* (sal Ammoniacum.) vid. *Descript. Chorasmiae et Mawaralnahrae*, quam e Tabulis *Abulfedae Ismaëlis*, Principis Hamah, Arab. et Lat. Londini edidit *πολυγράμματος Gravius* p. 20. Stupenda haec et incredibilia, mira tamen nemini videbuntur, subtilissimum et acutissimum vaporem hujusmodi posse ita corpus undique penetrare, sanguinisque oeconomiam evertere, cum aurâ fulminea humana ossa, intactis carnibus, dirumpat, gladium in vagina dissolvat, vinum in dolio obturato cum faecibus promiscue confundat, et qui sunt alii effectus, a nimia materiae subtilitate et aëris rarefactione in antliis, uti jam diximus, bombardis et tormentis pnevmaticis, dependentes.

Superat igitur ventus *Bad samur* longissime malignitate, ventum illum insalubritate infamem, *Sirocco* dictum, detortum ex Arabico vocabulo *Xalogue*, quem Graecorum Euro-notum, et Latinorum veterum Vulturum interpretatur *Patricius Florentinus*, *Joh. Bapt. Donius*, in eruditissimo opere posthumo, de Restituenda salubritate Agri Romani p. 97. quippe *Eurus* pariter solus olim infamis habitus. Sic *Ovidius* *Metamorph.* II.

*Quum mare sub noctem tumidis albescere coepit
Fluctibus, et praeceps spirare valentius Eurus.*

Similiter *Silius* *Punic.* X.

Sic Lagea ratis, vasto velut insula Ponto

Conspe-

*Conspēta, illisit scopulis, ubi nubifer Eurvs
naufragium spargens.*

Vti et libr. VI.

*Tartareus turbo, atque insano saevior Euro
spiritus erupit.*

Confirmat haec Poëtarum de Euro doctissimus Angliae Cancellarius, Baco de Verulamio Histor. Vent. Nobis in Britannia, scribit, Eurvs pro maleficio habetur, ut in proverbio sit, Eurum neque homini neque bestiae propitium esse; addit porro: Eurvs spirans vere adulto, calamitas fructuum, inducendo erucas et vermes, ut vix foliis pascatur nec aequus admodum segetibus. Hinc Paracelsi schola cum tribus suis principiis etiam in templo Junonis (aëre scilicet,) locum quaerent, tres collocarunt ventos, Euro locum non repererunt:

*Tinduris liquidum qui Mercurialibus Austrum,
Divitis et Zephyri, orantes sulphure venas
Et Boream tristi rigidum sale.*

Vincit quoque ventum summa notatum infamia, Gallego, cujus Auctor satyrae infensissimae in Hispanos, *Relation de Madrid* gallice inscriptae, meminit. Nec ejusdem naturae est ventus Badsamur, cujus est ventus turbineus ex antro sepulchri Davidis prodiens, intrantesque prosternens, ut in terram prostrati mortuorum instar ad vesperam usque jaceant, usque dum oriatur alius ventus, instar humanae vocis exclamans: *Surgentes hinc facessite;* qui exinde resurgunt et attoniti affugiunt, ceu hoc refert

*Jonae filius ille Benjaminus,
laus non ultima sabbatariorum,*

in Itiner. cum vers. et not. edito ab eruditissimo Constantino l'Empereur p. 46. Sed ventorum hoc par videtur ejusdem veritatis esse atque vanitatis, ac fluvius ille sabbaticus, cujus modo laudatus l'Empereur; meminit in Benjaminini hujus *Tudelensis Itiner.* p. 206. seqq.

A *Ἰαυαλοφύρον* hoc omnique peste pestilentiore vento *Bad-samur*, plantam nomen obtinuisse, ejusque malignitatem ab effluviis plantarum (vel ventosis spiritibus, ut *Solinus* jam vocabat) esse, Persicae historiae scriptores referunt; sicque revera huic convenire frutici, quod fabulose de saxo cecinit *Lucretius*:

*Est etiam magnis Heliconis montibus arbor,
Floris odore homines tetro consueta necare.*

Licet negari nequeat, ubi copiosior fruticis hujus *Gul Badsamur* proventus, ventum inibi nidulantem, posteaque ex insidiis inde proruentem, maligniorem reddi; eum autem non omnem ex dicta planta haurire malignitatem, id satis evincit, ventum hunc quoque repertu dari, ubi planta non provenit; quod *Dn. Thevenotius* regionibus Mosul et Bagdad probat; vice versa plantae hae plurimis in locis luxuriant, vento istoc enecante ac suffocante destitutis, e. gr. in regione Lar, et in vicinia urbis Schiras, et per universam orientalem Indiam, teste modo laudato *Dn. Thevenotio*. Ejusdem ponderis erit argumentum eorum, qui venti malignitatem a certis piscibus, in sinu Persico demortuis, et putredini obnoxiiis, quos nominare tamen nesciunt, deducere conantur.

Tota haec planta *Gul Badsamur* lacte turget instar *Esularum* et *Tithymalorum*, floris lactis consistentiae, secundum *Dn. Chardin*, tantaeque visciditatis, ut filum veluti sericeum protrahi queat. *Fr. Ang. a St. Josepbo* succum hunc lacteum trium drachmarum pondere mortiferum judicat; ita ut si quis casu hoc lacte oculos infecerit, coecus exinde evadat, quod *Thevenotius* quoque confirmat: si camelus aut armentum quodpiam ramos fortius attigerit, scabie putrida torpescat ac moriatur; imo umbram pariter, uti jam diximus, damno-

damnosam esse et excoecantem. Revocat hoc in memoriam, quae de arbore excoecante, albo quoque lacte turgente, memorat Plinius Amboinicus, *Cl. Rumphius Dec. II. Ann. III. p. 74.* cujus arboris folia cum pyri foliis conveniunt, fructus vero triquetri, lathyridis baccis valde similes, quae cataputia vulgo audiunt, radices autem Agallochum spurium suppeditant. Fumum insuper combustorum caulium Badsamur plantae lethiferum esse, a Persis didicit *Fr. Angelus*: carbones tamen pro conficiendo optimo pulvere pyrio requiri, testatur *Thevenotius*. *Hagi zein el attar* in suo *Echtia-rath* refert, quod pusilla lactis Badsamur portione ulcera

*mundentur sordida melle
excepta, quamvis crusta contacta rigenti,*

tam in capite, quam in ore puerorum. Fidem superant, quae de radice plantae hujus *Lusitanus* quidam *Thevenotio* retulit; partem nempe radicem, ortum versus repentium, esse deleteriam, quae vero occidentem respicit, antidoti loco esse. Mira haecenus de planta recensita, quae inde promeruit, ut *c-barg* i. e. *prodigium*, lingua Persica dicatur, testibus toties laudatis *F. Angelo* et *Chardino*, qui prior insuper mirabilem incognitamque jungit virtutem, cum quosdam Chemicos noverit, qui lac Badsamur, certissimum et maximum jaetarunt remedium ad opus summum conficiendum, et specificum pro fixando Mercurio. Ecquid planta hac, pro deleteria habita, salubrius philosophis adeptis?

Jam quis non videt, omnia, quae de Badsamur venenata dicuntur, in Nerium, cujus speciem omnes hucusque allegati scriptores faciunt, aperte quadrare. Producimus e tot venenorum collectoribus *Santen Ardoinum* Pisaurensem, a *Theod. Zwingero* olim editum, de *Venen.* Libr. III. c. 21. Natura, inquit, oleandri sive Netii est valde resoluti “

“ va

„ va et mordicativa et incisiva, cum venenosa proprietate,
 „ adeo ut bibere aquam, in qua nascitur, aut ab ipso obumbra-
 „ tur, aut in ipsa balnari, aut bibere de aqua calefacta cum
 „ ipso, aut balnari in aqua seu balneo calefacto cum eo, aut
 „ comedere aliquid assatum in veru ex eo facto, et diu morari,
 „ et praesertim dormire sub umbra ejus, inducat accidentia
 „ infra scripta; nempe angustia vehemens, rugitus, inflatio
 „ ventris, dolor ventris, alienatio mentis, aestuatio et inflam-
 „ matio, et ventris fluxus et syncope et mors, nisi succurra-
 „ tur. Omnia haec ex acritate intensiva et mordicativa de-
 ducit Santes Ardoinus. Ignoscite manes Celsi et Scribonii Lar-
 gi haec Ardoino, barbaramente scribenti, cum teste *Zwingero* tem-
 porum injuriae styli impuritas imputanda, et e stercore au-
 rum eruendum, quippe in ea tempora *Ardoinus* incidit, in
 quibus bonae literae profundo barbariei coeno penitus ob-
 rutae fuerunt. Jungit Santes huic Nerii veneno ex *Rhase*,
Mascrineo, filio Patriarchae, *Almansor*, *Albuali*, *Haly abbate*, et
Petro ab Abano, remedia: Ilico post ejus haustum vomitu
 provocato succus herbarum mucilaginosarum, sicut malvae,
 visci, et sisami tribuatur, remedium affert; quod etiam opera-
 tur rerum unctuosarum dosis, ut butyri cocti et crudi. Ad
 hoc similiter confert clysterizari prius cum hydromelle et
 baurach, et postea cum mucilagibus et oleis. Sed an haec
 pharmaca veneno *Badlamur* debellando sufficient, in illis lo-
 cis, ubi dira haec lues furit, crebriori rimandum experientia.

Post satis perspectam arborem, ad *saccharum Al-ba-
 schar* nobis iterum redeundum, et de ejus quoque *viribus*
 nonnulla annotanda. Sanare illud oculorum albugines pu-
 stulasque; visumque acuere; pectori item amicum esse re-
 medium, Persae praedicant: hinc illud ingreditur *Sesouf el
 seder*, sive pulverem pectoralem *Pharmacopoeae Persicae Mou-
 zaffer Elen Mouhammed el Hosseni compos. 373.* quod ex aliis
 constat

constat pectori amicis ingredientibus, cujus dosis M. j. cum dundo I. Caphurae et item dundo aquae de cancris emulsae, et cum vino papaverino, et emulsione seminis portulacae, ut R.P. *Angelus a St. Josepho* vertit; qui in Notis ad hanc compositionem addit, per triduum decem drachmas aqua tepida dissolutas, asthmatico propinatas, solamen maximum conferre, stomachoque, pectori, renibus ac vesicae propitium existere.

Arabes jam olim easdem paene vires huic tribuerunt saccharo. Sic *Ebn Sina*, licet modum generationis et plantam veram ignoraverit, efficaciam tamen omnem viresque specificae recensuit, dum scribit: Est in ipso saccharo Al hascher cum dulcedine pauca stypticitas et amaritudo: ita namque e mente *Deusingii* textus vertendus. Pauca haec dulcedo revocat in memoriam, eam apud Arabes non veram dulcedinem, sed minorem denotare acrimoniam. *Welschius* incomparabilis *Hecatost.* pag. 18. *Ebn Sina* porro pergit: Non facit sitim, sicut reliquae species sacchari, quoniam dulcedo ejus est pauca; est bonum ventriculo, et hepati, ac confert renibus et vesicae. Consentit *Beitarides*: Cum dulci sapore stypticitatis quidpiam et amaritudinis habet. Et *Serapio*: Quando bibitur, non facit sitim propter paucam dulcedinem. Ad haec maximus *Salmasius* annotavit, *Ebn Sinam* et *Serapionem* non scribere, saccharum Alhascher sedare sitim; sed simpliciter, non facere sitim, sicuti reliquas sacchari species; ratio enim affixa, quia parum dulce. Huc collineat *Isaac Ben Sulaimen* apud *Serapionem* de *Simpl. c. 50.* Zuccharum Haoscher est minus speciebus aliis in dulcedine, et plus in siccitate; quare non aufert sitim, sicut aliae species sacchari, et habet operationes laudatas in doloribus renum.

Serosos educere humores hoc saccharum, discimus ex *Ebn Sina*: Confert hydropi cum lacte *al Luffah*. Interpres ri-

dicule vertit: Cum lacte camelae noviter foetae; aequae infelici versione, ac *Stephanus* interpretes *Aali Ebn Abbasi* vertit: Carnem camelae, quae nunquam concepit; cum non de *camelo*, sed de *mustela* Auctor scripserit, teste Excell. *Welschbio* de Ven. *Medinens.* p. 173. quae certe versiones risum, non oppositionem, merentur, et saepe sine indignatione legi non possunt. Vere in hanc rem, literaturae orientalis ditissimus promus condus, *Edmundus Castellus*, in *Orat. qua via praestruitur ex scriptoribus orientalibus ad clarius enarrandam Botanologicam S. Scripturae partem.* Absurditates, inquit, non ridiculae tantum, sed periculosae admodum, quas in quamplurimos libros invexerit linguae unius Arabicae ignoratio; innumerae sunt, tota Anticyra dignae, et a cunctis rite doctis merito exhibilandae. Quid? quod ad artem medicam adeo necessaria est haec lingua, ut propter ejus inscitiam haud raro vitae jacturam perpessi sint aegroti, utinam non aliquoties sani! Hujusmodi errorum aliquot decades, ne dicam centurias, errasse magnos viros, nullo vel quam exiguo negotio commonstrare se velle et posse, non promittit tantum, sed et aliquibus probat, quando interpretes *Ebn Sinae* pro *allio*, *somnum*; pro *vernice*, *Zarnichon* sive *arsenicum*; pro *semine carvi*, *cervum*; pro *grano*, *jumentum* interpretati sunt. Quis haec recensens sibi temperet a risu?

Audivimus paulo ante ex *Ebn Sina*, saccharum *Al haschar* cum lacte *al-Luffah* esse miscendum. Cum autem variae plantae hoc insignitae nomine; non mirum, illas apud interpretes quoque varietatem peperisse sententiarum. Sic *Luffah Dioscoridis* arum, quod Syris *Luffa* vel *Lupha* dicitur; cujus Arabes duo genera faciunt, *Luf* simpliciter sive arum, et *Luf serpentis*, quod Graecis antiquis ἄρον δρακόντιον. vid. *Illustr. Salmas.* *Homon. Hyl. Jatr.* p. 50. a. F. Datur quoque *Luffa*, sive *cucurbita Meccensis sericea*, a *Carolo Avantio* (maximo

rei herbariae detrimento, ipso aetatis flore mortalitati erepto,) Not. in Bapt. Fier. Coen. p. 41. descripta et depicta. *Isaac Ben. Suleimen* apud *Serapionem* vertit: Cum lacte *Luffah* sive *mandragorae*. At neque sic quidem convenienter; cum *Luffaah* Arabum illud ipsum sit, quod Genes. XXX. vocatur דודא *Dudaim*, quod et illic minus commode *Mandragora* vertitur, et a plurimis veteris Interpretibus Foederis, praecipue Cl. *Drusio*, pro illo fructu habetur, cum potius sit Persarum *Destambaje*, et Arabum *Schemamah*, quasi *manus odorata*, ob odoris fragrantiam, quam nonnulli Mali medici quandam speciem faciunt, praecipue cum cortex calidus sit, ventriculum roboret, flatus ex eodem dispellat, ad foecunditatem disponat; pulpa autem difficilioris concoctionis. Odore calefacit fructus hic cerebrum, et ejus obstructions aperit, ceu *Beitarides* de eo testatur, plurimisque egit *Excels. Deusingius* Diff. de *Dudaim*; quae si rite omnia ponderentur, minime in *mandragoram* quadrant. Illustris *Ludolfus* in comment. Hist. Aethiop. N. 72. p. 139. *Musae* sive *Mauz*, *Ficui* nempe *Indicae* longissimo latissimoque folio, fructu longissimo, *Serapioni* *Musa* dictae, vindicat, haud equidem contemnendis rationibus: quam controversiam nunc non facimus nostram. Auctores omnes paene, qui fructus hujus meminere, collegit indefessus rei herbariae scrutator, *Illust. Sloane* in *Catal. Plant. Insul. Jamaicae*. p. 189. Videturque nil aliud esse, quam fructus Americanorum notissimus *Bananas*, sive *Bala* *Malabarensium*, et *Kely* *Bramanum*, quam videsis in *Hort. Malab. T. I. fig. 12. 13. 14.* ubi et descriptionem ejus uberrimam legere poteris. Habetur a nonnullis prouva illa, e benedicta *Terra Moyse* allata. Num. 13. v. 24. Materiam hanc exhaustit solertiss *Goeree* *en de Mosaise Historie de Hebreuse Kerke* Tom. I. cap. XVIII.

Sed reducat nos *Luffah* Arabum ab *saccharum Alboschar*, quod Cl. *Deusingio* videtur esse remedium aperiens, deob-

struens, abstergens, purgans, ac imprimis serofas educens humores. *Salmasius* easdem ac saccharum veterum, *Dioscoridis* et *Plinii*, habere vires, late probat in *Hom. Hyl. Iatr.* cap. 79. p. 109. et certe plura adhuc de *Alhaschar* saccharo suppeditasset, ni ejus de saccharo *Tractatus* mutilus, pro dolor! e *MSt.* prodiisset. *Inclusit Vires sacchari Alhaschar Khuen. Zodiac. med.*

*Illud amaroris quiddam sortitur, eoque
abstergit parce, adstringitque; austerus inhaeret
namque sapor. Prodest vitiis pulmonis et albo
Hydropi: Vires quas non sortita Pelasgum
sacchara, vesicae vitiis renumque saluti est,
Tentantemque oculos nubem caliginis aufert.*

Plura non addo, saccharo *Alhaschar* destitutus et experientia.

CAP. VI.

DEffectit jam calamus ad illud, quod *πρῶτον ζήτημα* hujus dissertatiunculae, ad usum *Rhododaphnes*, quem in dilucidandis veteris Scripturae S. Foederis locis praestat. *Exod.* nempe 12 v. 8. et *Exod.* 15. v. 25. Ad priorem quod attinet locum, vox *Merorim*, quod cum *Azymis* et *Agno* paschali comedere jubentur, ansam dedit variis variorum interpretationibus. Cum *Merorim* γενικῶς proprie denotet amaritudines; inde ειδικῶς amaras herbas, absque ulla speciei definitione, *Chaldaeus paraphrastes* et alii plurimi credidere significari. *Septuaginta*: πικρίδας interpretati sunt, qua voce quoque utuntur *Ps.* 64. v. 4. et *Thren.* 3. v. 15. *Vulgatus* vertit post illos: amaras herbas, quarum pessimum genus cum exprobratione amaritudinis appellatum fuisse πικρίδα, docet *Plinius* libr. 19. c. 18. cujus

sapor

sapor indicium faciet manifestus, et ora

Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

Vulgatae Versioni favent *Judaei*, qui כוסה *Chosa*, *lactucam*, ingrediens fassamenti agni paschalis esse tradunt, quod Rabbini- nis חסה *Chasereth* dictum. Secundum *Gemaram* referendum est ad radicem חסו *misereri*, quod ejus usus sit in vespera Pa- schatis, in coena, quae instituitur in memoriam agni pascha- lis, qui fuit symbolum misericordiae divinae. *Quid est Cha- sereth? idem quod chasa; quare dicitur chasa? quia misertus est Deus nostri.* *Bartenora* in *Pesach* cap. 2. fol. 39. l. citante *Excell. Buxtorf.* in *Lexic. Rabbin.* p. 722. qui praeterea monet לטף denotare Rabbini quoque ipsam vocem Germanicam *Lattich*, Lat. *Lactucam*, quippe qua utuntur in descriptione ce- remoniarum Paschatis. Cave tamen, hanc plantam *Chasereth* Rabbini dictam, confundas cum pulmento *Charoseth*, cujus itidem in comestione agni paschalis usus, quod a Viro cae- teroquin doctissimo factum. Est enim illud embammatis ge- nus, in quod Sanctissimus Servator noster in secula benedictus immisit manum, et frustulum Azymi intinctum Judae pro- ditori exhibuit, *Matth.* 26. v. 26. ἐν τῷ τριβλίῳ, in *catino vel paropside*, in quo illud embammatis genus *Charoseth* deposi- tum. Erat autem spissum condimentum e pomis, pyris, nuci- bus, amygdalis, apud Judaeos Palaestinae ex passulis majori- bus, ficibus, dactylis et hujusmodi dulcibus, malis citriis im- mixtis, confectum, cui vinum miscebant et incoquebant, eaque ratione praeparabant, ut lateris speciem prae se ferret, multis additis aromatibus, imprimis vero crassiuscule con- tuso cinnamomo superinjecto, ut paleam et lutum refer- ret, et hoc modo sibi in memoriam revocarent, majores suos in Aegypto palea et luto laborasse, lateresque confecisse, a שרש *testa* dictum *Charoseth*, ut *Cameroni* visum. Haec occasio- ne confusionis *Charoseth* cum *Chasereth*, lactuca.

Castalio Septuaginta secutus, cum cerneret *πικρίδες* non tam lactucae convenire, quam potius denotare illud *Virgilianum*,

. *amaris intyba fibris,*
quae secundum Columellam,

. *torpenti grata palato,*

vertit: cum *cichoreis*. Intybum autem Graeci *σέριον*, Arabes *Endeba* vocant. Huc facit, inquit *Drusius*, quod lactuca sylvestris sit *σέριδος* seu intybi species, quam officinae medicae *Endiviam*, Rabbini *נחלין* vocant. Rev. *Cocquius*, *Ecclesiastes Vlissinganus*, qui sacrarum vires

Plantarum pandit, doctoque volumine narrat,

non quidem lactucam sylvestrem, sed *Parthenium*, Afris *Ἰαμανάθ* dictum, interpretatur, hypothesein secutus maximi *Bocharti Phaleg. libr. II. c. 15*, sentientis: idem esse cum Hebraeorum *Thamea* vel *Thamceta*, cujus mentio, inter herbas amaras in esu agni paschalis, in *Chaldaea paraphrasi*; nomenque convenire et saporem. Quid? quod ut Afris *Thamcath*, Hebraeis *Thamaca*, *תמח* et *Chaldaeis Thamacata*; sic Romanis *Tamnacum* dictum fuisse *Parthenium*, constat ex his *Plinii libr. XXI. cap. 30. Parthenium alii Leucanthemum, alii Tamnacum vocant.* Et quaedam parthenii species hodieque in officinis appellatur *Tanacetum*, unde Gallicum *Tanachie*, non ex Graeco *ἰθανασία*, cujus nullus profertur Auctor. *Tanaceti* hodie adhuc saccharo conditur semen, cujus sapor utut amarus, non tamen est injucundus, ut nihil obstet, quo minus adhiberi potuerit in agni paschalis festo celebrando. Haec *Cocquius* in *Phytholog. sacr. cap. 20. sect. 1. §. 2. p. 255.*

Ut brevis sim, alii Hebraeorum *marrubium*, alii *carduum*, alii *armoraciam*, *רפא* sive raphanum majorem, alii *gingidium*
 huc

huc trahunt, alii denique *muscum*, qui crescit circa palmam; quos omnes non moror; sed ex Gemaristarum praecipuis refero, teste Excell. *Buxtorf.* in Lexic. Rabbinic. הירדופני *Hirdophnin* esse speciem herbae amarae, cujus usus in esu paschatis, ut videre est in *Talm. Pesach.* fol. 39. 1. Glossa notat hic, quosdam id explicare: אלושנא *Herba haec fuit bestiis venenata et lethifera.* ראבלה הירדופני. *Bestia, quae comedit Hirdophnen.* Cholin c. 3. in *Mischn.* Rambam hic notat: הירדופני *hirdophni* est herba, quae bestias, si eam comedant, interficit; nihil vero nocet hominibus. Sic et *Bartenora.* Hinc in *Gemara* pariter scribitur: *Venenum lethiferum bestiis est Hirdophne.*

Ad quam classem autem referenda sit *Hirdophne*, altum apud Gemaristas silentium. Sed quis ex haecenus a nobis recensitis non videt, *Hirdophnen* Talmudistarum detortum esse ex *Rhododaphne* Graecorum, quod Viro in hoc studiorum genere, oculatissimo Excell. *Buxtorfio* quodammodo suboluit, qui e Graeco Δάφνη *Lauro*, provenire auguratur. Gemaristis quoque vox *daphne* nota. vid. toties laudatus *Buxtorfius* *Lexic. Rabbin.* p. 563. *Cohen de Lara*, haud ultimus sabbathariorum, in *Tr. de Convenientia Vocabulorum Rabbinicorum cum Graec.* ad *Lit. ה* p. 35. fatetur: *Hirdophne, ροδοδάφνη, Rhododendrum, Hispanorum Adelsa mata conocida.*

Si hodiernos Judaeorum inspiciamus ritus, *birdophne* nunc exulat: utuntur quippe raphano majori, armoracia (*Meer-Nettich*) chaerefolio, (*Kerffel-Kraut*) petroselino, hederæ foliis et similibus pro regionum diversitate et locorum. Nec ingratum fore judico B. L. si occasione *hirdophnes*, ritum agnum paschalem comedendi, festumque celebrandi, breviter recensuero. Incipiebant paschalem coenam poculo primo, et singulis tum junioribus, tum senioribus, etiam in cunis vagientibus, scyphus vini infundebatur; deinde explicabant et exponebant in mensa, Paschatos celebrationi destinata,

nata, agnum paschalem affum, cum ovo indurato, (hinc forsitan ovorum paschalium origo:) catinum, in quo superius jam descriptum pulmentum Charoseth, porro acetarium ex herbis amaris, cujus ingredientia olim erant, hirdophne, absynthium, lactuca sylvestris, aliaque, quorum succedanea modo indigitavimus. Tum canebant partem Cantici *Hallel*, sive Psalm. 113. et 114. dimidiam, et bibebant poculum secundum.

Veniebant deinde ad herbas amaras sive acetarium, de quo unusquisque paululum sumebat, partim ut major foret cibi appetentia, partim ut memoriam recolerent praecepti paschalis divini. Hoc facto comedebat paterfamilias azyma, Charoseth pulmentum, iterum aliquid acetarii amaricantis, juncta simul benedictione cum agno paschali, tanquam ultimo ferculo, aliosque haec comedere quoque jubebat. Post cibum Deo gratias agentes bibebant poculum tertium, (quo cum poculo Sanctissimus Servator, *ιαπερὸς ψυχῆς*, S. Coenam instituebat,) ac denique alteram partem Hallelis absolvebant. Tum tertiam placentam tollebant, frustulum ex ea defringendo, iterumque paululum herbarum amararum degustando, quas tamen in Charoseth non intingebant, quia Rabbi *Hillel*, stante adhuc templo secundo, sic fecit, factumque suum his conprobavit verbis Exod. 12. v. 8. *Azymos panes cum herbis amaris comedetis*. Sequebatur tum poculum quartum, quod salutare sive poculum Cos fuisse, probat Excell. Dassovius in Celim §. 21. Hoc poculum erat, quod Servator noster in sacra synaxi bibere recusabat. Brevis hic sumendi Paschatis ritus; quem si quis fusius scire desiderat, adeat fontes; Maimonid. T. I. Hilchot Chamez umazza c. 8. Edit. Venet. secund. fol. 246. seqq. Mardochai Japhe T. I. Lebhuschim edit. Prag. fol. 169. seqq. Schylian Aruch Josephi Karonis P. I. Orach Chaym. Edit. Venet. elegantiff. in 8. fol. 146. seqq. Shibbole liketh edit. Venet. eleg. Fol. f. 19. Col. 1. f. et hebraeis alios

CAP.

CAP. VII.

Mservit Rhododaphne pariter nostra illustrando prodigio Exod. 15. v. 25. de Aquis amaris, ligni vel arboris injectione a Moyse mitigatis. Locus, in quo miraculum hoc contigit, Mara vulgo dicitur. *Onkelos* et *Jonatban* מַרָּה i. e. מֵרָּה ediderunt. Graeci Codices μερρᾶ habent. Sic Codex Romanus, a Cl. Drusio citatus: ἤλθον εἰς μερρᾶ; et alius: εἰς μερρᾶν; e qua voce *Merra* forte *St. Augustinus* in Quaestion. super Exod. *Meiram* detorsit. Latini veteres: Marath, quinta mansio Israëlitarum in deserto, ubi Moyses aquas amaras reddidit dulces, coniecto in eas ligno. Interpres Origenis: Post transitum maris rubri etc. venit ad Marath, sive juxta aliam literam, Myrrham. Hinc *Prudentius* in Enchiridio lacum Myrrae in eremo quoque inscripsit.

Aspera gustatu, populo sitiente, lacuna

Tristificos latices stagnanti felle tenebat.

Moyse sanctus ait: Lignum date, gurgitem in istum

Conjicite: in dulcem vertentur amara saporem.

LXX. πικρίαν interpretantur, sive amaritudinem: hoc enim secundum eruditiss. *Cartwight*, denotat vox *Marah*. Consentit *Hieronymus* in Onomast. Urb. et locor. cum *Eusebio* a Cl. Clerico editus: *Mara significat amaritudinem, quo in loco cujusdam ligni immissione aquae dulces sunt redditae.* N. Sanson in Indic. Geograph. et explic. Region. Maram stationem Israëlitarum in deserto, inter desertum Etham et Elim, Numer. 33. v. 8. 9. itidem ponit.

Cum ad oram maris rubri occidentalem fontes atque lacus ponantur a veteribus, amarore et falsuginis sapore infecti, nihil tale autem existet in adverso litore, hoc aquarum

Marae miraculo comprobari credit Reverendissimus Abrincensium in Galliis Episcopus, *Huetius* in *Alnet. Quaest. de Concord. Ration. et Fidei* libr. II. cap. XII. §. 16. illud *Orosii* (scriptoris, e *Barthii* elogio, bonis utique annumerandi, non quidem primis) L. I. c. 10. scribentis: *Non recta mare Ebraeos Aegyptiosque trajecisse, sed in circumerrasse.* Sunt, qui credunt, amaritudinem fontis post Israëlitarum abitum rediisse: ex *Plinio* quippe liquet, quod modo diximus, hisce in regionibus extitisse; et adhuc dum existere, recentiora hodoeporica demonstrant, quae inter *della Valle* et solertissimi *Monconysii* nominasse sufficiat, qui prope *Muadium*, vix dimidio a maris rubri litoribus milliari, scaturigines aquarum amaricantes, falsuginosas, potuque ingraticissimas, repertu dari testantur, lingua Arabica *Aain el Mouse*, fontes *Moyfis* dictas. Locus harum aquarum in recentissimis Arabiae Tabulis circa *Pharan*, cujus *Ptolemaeus* L. V. c. 17. et *Stephanus* meminerunt, habitatione *Ismaëlis* celebris, inveniri poterit. Consul. diligent. *Goeree* T. III. en de *Mosaïse* Historie der *Hebrewse Kerke* p. 367.

Ast exactius rem inspiciamus prodigiosam, ejusque praecipuum, quod *Moyfes*, ipso Deo monstrante, hoc lignum sive arborem aquas amaras edulcorare didicerit. Textus clare exprimit: *Docuit eum Deus.* LXX. Interpretes: ἔδειξεν αὐτῷ. *Jonathan* et *Hierosolym.* *Indicavit ei.* *Hieronymus*: *Ostendit ei.* Quam verbi vim plurimis dictis parallelis illustrat *Cl. Drusus* Not. majorib. in *Exod.* Haesit sic *Moyfes*, ipso juvante *Jova* docenteque, vires hujus arboris sive ligni, quae felicitas post illum pariter *Salomoni* contigit, qui a Deo prius edoctus, librum virtutes facultatesque vegetabilium includentem composuit. 1. Reg. 4. v. 33. Hunc librum revera extitisse, nugivenduli *Talmudici* nos credere jubent, codice *Pesachim* in *Mishna* cap. 4. T. II. Edit. *Surenhus.* p. 148. quanquam ibi tantum legitur, Regem *Hiskiam* suppres-

suppressisse תורת משה ספר librum medicinae. At *Maimonides* ad illum locum non omisit annotare, id de libro Salomonis esse intelligendum, quem perinde a Judaeis, ubi in morbum incidissent, fuisse consultum, ut a Graecis Hippocratis et Galeni scripta; testatur R. D. *Kimchi* ad 3. Reg. 33. et 4. Reg. XX. Confer R. *Nachmanides* et R. *Levi B. Gerson*. Hinc *Suidas* in voce Ἐζεχίας, hujus Salomonis libri, sub titulo: βίβλου ἰαμάτων meminit, quem Ezechias aboleverit, quod populus mentem ad Deum non adverteret, sed quicumque aegri essent, morborum curationes inde peterent, neglecta divini Nominis invocatione. Nec e sanctis Patribus *Justinus Martyr*, sanctissimus Philosophus, quaest. LV. ad Orthodox. et *Procopius Gazaenus* ad 3. Reg. IV. v. 37. naturalis hujus scientiae in Salomone obviae dememinerunt. Eadem referunt *Syncellus* pag. 200. *Cedrenus*, pag. 77. et 89. *Anastasius* quaest. 41. et *Glycas* pag. 182. *Eusebium* testem laudantes, quos omnes recenset vir stupendae lectionis, diviniusque adhuc judicii, incomparabilis *Fabricius*, in Codic. Pseudepigraph. Vet. Testam. p. 1045. Et forte liber iste est Herbarium, Arabica lingua conscriptum, cujus meminit solertissimus *Morhofius* Polyhist. L. I. cap. 6. vel sanctissima ars, Salomoni ab Angelo tradita, in Codic. MSis Ashmol. et in Catal. Mssorum Angliae et Hibern, P. I. n. 8277.

A Deo igitur, Auctore Naturae, Salomonis instar edoctus Moyses, hoc experimentum edulcorationis aquarum instituit. שן et lignum denotat et arborem synecdochice, teste magno Buxtorfio in Lexic. Rabbin. et Talmud p. 1642. Hinc interpretum varietatem fluxisse auguratur *Drusius*: Nam *Onkelos* שן et LXX, ξύλον, habent, quae vox in lingua Hellenistica etiam arborem significat. Caeterum Jonathan et Hierosolymitanus arborem interpretantur. Hanc a Deo Moyfi praemonstratam arborem five lignum, admirabilitatem rei per illum gestae

extollere autumat laudatissimus *Huetius*, non quod aquae vitium ligni alicujus injectu emendaverit; nam naturaliter id fieri potuisse, et saepe fieri, exemplo e Plinii L. XXIV. c. i. petito probat, ubi amaras aquas polenta addita mitigari scribit, ut intra duas horas bibi possint; sed quod Deo monstrante huic aquae medelam repererit, quemadmodum et Elifaeus Dei indicio Hierichuntinas aquas amaras, polenta addita saporem mutare cognovit, quod naturale remedium esse, e modo citato *Plinio* clarum.

Pergit Cl. *Huetius*, id intelligere licere ex Auctore Ecclesiastici, qui ut artem Medicam probet a Deo proficisci, nec a prudentibus hominibus esse aspernandam, inter medicamenta et Medicinae effectiorem eam ponit, qua amara aqua a ligno mitigata est dulcisque reddita. Similes porro remediorum monstrationses jaectant profanae gentes, vel confictas, vel daemonum, supremum Numen imitari conantium, nefariis artibus effectas, quarum plures fuse e variis Auctoribus affert. Excerpti haecenus dicta latius et laetius e consummatissimi judicii Theologo, cum medici ob minimos in Scriptura sacra interpretanda lapsus et conjecturas, male passim audiant, ut in proverbium paene, imo exprobrationem, *Medici religio* relata sit.

Rabbinorum plurimi, si non omnes, ut miraculo huic, quod justum equidem aequumque, majus addant pondus, amaram fuisse arborem sive lignum, ideoque aquae injectam, illam adhuc amariorum reddidisse, tradunt. Contra naturam istius ligni ergo fuisse dicunt, quod aquae inde edulcoratae fuerint. Sed Deum asserunt, ita voluisse exerere suam potestatem, ad ostendendum, se naturae superiores esse, contraque illam quidvis posse. Sic saniorum Rabbinorum sententiam exprimit *Fagius* Annot. in h. l. scripturae.

Delirantes Verpas et aniles fabulas proferentes si audias,
haec

haec R. *Simeon* apud *Galatinum* aliique narrant, Virgam, qua Moyses et Aaron miracula fecerunt in Aegypto, et quae postea in deserto floruit, ab ea arbore excisam esse, quam Deus Moyfi ostendit in deserto, ut aquae amarae, dulces fierent. Et haec arbor, scribunt nugatores, excisa fuit ab arbore vitae, quae in Paradiso sita erat, Angelorum manibus, quam miserunt Adae, cum ille misisset Seth filium suum ad Paradisum, misericordiam Dei imploraturum, de suo peccato. Dixeruntque Angeli ad Seth, ut plantaret hanc arborem, quae quamprimum fructum faceret, misericordiae Dei in eum descenderent, aperirenturque portae coeli, quae obseratae sunt. Hanc autem arborem, seu potius ramum, accepit Seth, plantavitque in deserto, quam postea Moyses in deserto invenit, et ex ea virgam suam excidit, ideoque virga Dei dicta est. Discors hic sententiarum Rabbinicarum concordia, circa hanc Moysis Virgam, cum alii gentis hujus ex horto Jethronis evulsam, sapphirini coloris fuisse pronuntient, Deique ineffabilis nomine inscriptam fabulentur. vid. doctiss. *Gaulminus* Not. in libr. de Vit. et mort. Moyf. libr. I. cap. 7. Cum igitur venisset Israël ad mare, neque illius aquas; erant enim amarissimae; bibere possent, Deus ostendit Moyfi hanc arborem, ut aquas illas redderet dulces. Et haec est arbor illa, in qua Moyses serpentem aeneum imposuit, per quam Deus universum orbem salvum facere instituit, et mittere misericordiam suam super Adam, cum venerit Rex Messias: tunc enim haec arbor fructus gestabit, quibus secundo aquae amarae efficientur dulces, purgabuntque primum peccatum, omniaque delicta, quae fecerunt, facturique sunt homines. Certe! si Rabbinica haec inspiciamus commenta, jumenta sunt, qui credunt, non homines: quicquid tamen fabulantur, id Judaeorum vulgus portat, ut asinus Isidis sacra.

His e quisquiliis Rabbinicis aurum eruere, et ad crucis my-

sterium applicare tentarunt primitivae Ecclesiae Patres, e quorum hortulis, omni pietate scatentibus, flosculos nonnullos colligere placuit. *Cyprianus* Martyr, a Caecilio Presbytero Carthaginensi, a quo ad fidem conversus erat, Caecilianus dictus, libr. de Zel. et livor. docet, quomodo meditatione crucis Christi, per lignum illud adumbratae, ira et amarulentia sit lenienda et dulcoranda. *Venena*, inquit, fellis evome, discordiarum virus exclude: purgetur mens, quam serpentinus livor infecerat, amaritudo omnis, quae intus infederat, Christi dulcedine leniatur. Si de sacramento Crucis et cibum sumis et potum, lignum, quod apud Mara profecit in imagine ad saporis dulcedinem, tibi in veritate proficiet ad mulcendam pectoris lenitatem. Amo eos, quos antea oderas; dilige illos, quibus injustis obtreccionibus invidebas. Jungimus *Tertullianum*, a Cypriano sic amatum, ut absque ejus lectione vix dies ipsi praeterierit. Sic autem Patrum ille eruditissimus libr. advers. Judaeos: Lignum Passionis Christi, unde Vita pendens, a vobis credita non est. Hoc enim lignum tunc in Sacramento erat, quo Moyses aquam amaram indulcavit, unde populus, qui siti peribat, in eremo bibendo revixit: Sicut nos, qui de seculi calamitatibus extracti, in quo commorabamur, siti pereuntes i. e. verbo divino propinati, ligno passionis Christi aquam baptismatis bibentes, fide, quae est in eum, reviximus, a qua fide Israel excidit. *Theodoretus* inter eloquentes summe doctus, inter doctos summe eloquens Pater, quaest. 26. in Genes. Satis est, didicisse, per lignum deposuisse aquas omnem tristitiam, et hoc nostram salutem praedicat. Nam et saluberrimum lignum crucis, amarum gentium pelagus, dulcedinem cum tristitia commutavit. *Gregorius Nyssenus* Episcopus, cujus pietas ex aequo cum facundia certat, in Caten. Poterat sane Deus solo

solo verbo aquam potabilem facere, sed lignum voluit indicare, ut typum salutiferae crucis insinuaret. Μακαριώτατος *Macarius* Homil. 47. §. 15. Venit populus in Maran, ubi erat fons, amaram aquam e scaturigine mittens, eamque inutilem ad bibendum. Jubet ergo Deus Moysen, metu correptum, lignum projicere in aquam amaram; hoc pacto injecto ligno dulcis effecta est aqua, et mutata amaritudine utilis et potabilis reddita est populo Dei. Eodem modo quoque anima, e potu vino serpentis amaritudinem contraxit, factaque est similis amarae ejus naturae, ac peccatrix evasit. Quapropter immittit Deus lignum vitae in ipsum amarum fontem cordis, qui dulcescit, ab amaritudine transmutatus, et admixtus Spiritui Christi: atque hoc pacto utilis effectus in obsequium Domini sui cedit: evadit enim Spiritus carnem gestans. Gloria sit ei, qui mutat amaritudinem nostram in suavitatem et bonitatem Spiritus. Vae illi, in quem non missum est lignum vitae! non potest enim aliquam bonam mutationem consequi. Claudat agmen divinus ille Pindarus, e Barthii elogio, quo nemo divinius de Christianis rebus unquam scripsit, *Prudentium* innuo, *Cathemerin*. Hymn. V. v. 93.

*Instar fellis aqua tristifico in lacu
Fit ligni venia, mel velut Atticum.
Lignum est, quo sapiunt aspera dulcius,
Nam praefixa cruci spes hominum viget.*

Sed relinquenda nobis, invitae licet, melliflua Patrum vireta, et ad Sabbatariorum commenta denuo redeundum, quo tandem ad metam properemus propositam. Hi paene ad unum omnes amarissimam extitisse arborem consentiunt: Dissentiunt tamen in definienda certa arboris specie. In *Jalkut* fol. 73. v. 2. Rabb. Jehosua dixit: hoc fuit lignum salicis. R. Elieser dixit: fuit lignum oleae, quod nullum lignum sit eo amar-
rius.

rius. In Jonathan Exod. 15. v. 25 : *Et oravit Moyses coram Domino, et ostendit Deus arborem ei amaram ארדפני Ardiphne, cui inscripsit nomen illud magnum et gloriosum, qua projecta in aqua, dulces factae sunt.* In Schemoth Rabba sect. 50. legitur transpositis literis: הרדפני *Hirdophne*, R. Jehosua filius Calvi dixit: *fuit lignum Hirdophne.* Glossa ex *Aruch* desumpta explicat, *Hirdophne est arbor, quae crescit juxta aquas, et flores profert similes liliis, quae amarae admodum sunt et bestiis lethales.* Addit, vernacule a quibusdam vocari סנגי. Quis non videt, *Ardiphne* et *Hirdophne* Rabbiorum esse *Rhododaphnen* nostram juxta aquas crescentem, amarissimam, bestiisque lethalem arborem. Nec te B. L. moveat, quod *Hirdophne* profert flores liliis similes, cum rosis potius conveniant; toto enim die ignarissimum hoc studii Botanici verparum genus plantas invicem confundit: nec mirum, cum ab aliis hoc quoque fiat. Sic Poëtae lilium, *Rosas Junonis* interpretantur; et Plinius libr. XXI. cap. V. § XI. Edit. Harduin. T. IV. p. 113. scribit: *Est rubens lilium, quod Graeci Crinon vocant. Alii florem ejus Cynorrhodon sive Rosam caninam.* Plura non addo, cum e praecedenti capite pateat, et Rabbiorum confessione firmetur, *Ardiphnen* et *Hirdophnen* a *Rhododaphne* detortam esse.

Sunt tamen Christianorum Praesulum nonnulli, quos inter a Clar. Coquio Phytol. sacr. libr. II. c. 21. recensentur *Cajetanus*, *Lyranus* et *Corn. a Lapide*, qui a Rabbiorum deflecentes hypothese crediderint, in arbore, aquis amaris immissa, vim edulcorandi de lituisse, illasque actu edulcorasse, tum saluginem et amaritiam ex aquis exfugendo, tum eis dulcedinem sibi innatam suggerendo. Cl. *Drusio* Not. in Syracid. placuit, adustas terrae partes, quarum admistione fit amarus aquae sapor, secretas, virtutemque hanc naturalem fuisse, qualis est in melle, sacchari cannis, et liquiritiae radice, (cujus

jus tamen folia amariora,) quam hordeatò ad potum edulcorandum exhibent Medici; gradu tamen et gratia efficaciori longe et majori: praesertim cum e Physica experimentalis, chymicisque observationibus constet, in quantum guttula rei dulcis diffundi ac dilatari possit, saporumque differentiae variari: id quod liquido prae caeteris patet ex libello Illustris Boylei et Excell. Nehem. Graevii. inscripto: *Experientiae curieuses sur les Saveurs et sur les Odeurs*. Videtur huic sententiae favere Hipponensium sanctissimus Episcopus libr. de mirab. Script. c. 22. *Hujus, inquit, naturae et tantae dulcedinis fuisse lignum videtur, quo intincta fluminis aqua amarissima, suavis et sapida fieret*. Quod si sanctorum Patrum augustissimo, et reliquis, quos haecenus laudavimus, Theologis constitisset, saccharum Al-Aschar generari in Hirdophne, Rhododaphnes specie quadam orientali; quantum roboris eorum hypothese de edulcoratione aquarum amararum per saccharum Alhaschar, cum arbore injectum, accessisset, nemo non videt. Traherem huc ingenios. Connor Evangelium medici, seu medicinam mysticam de suspensis naturae legibus sive miraculis, ad ulteriorem explicationem hujus a Moyse peracti prodigii in consortium; sed tutius judico ἐπέχειν, ne extra sphaeram evagando, rigidiorum Aristarchorum, Medicis, sacra tractantibus, infensiorum sive censuram, sive ὑποτισίαν incurram. Consummatissimi igitur Theologi Wittichii effato in Consens. veritat. Script. divinae cum veritate Philosoph. a Cartes. detect. cap. 41. §. 778. pag. 637. tanquam Palladis aegide munitus, finem impono: Miracula quando praesentia sunt, sensus circa ea fidem possunt juvare, atque ita facilius creduntur, et cognoscuntur, ita e. gr. quando divisum fuit mare rubrum, illam divisionem factam esse sensus cognoverunt; quando vero facta sunt, et tanquam facta creduntur, etsi tunc sensibus usurpari non queant,

queant, sensibus iterum ordinarium naturae cursum percipientibus: nihil tamen impedit, quin credi possit, cursum naturae aliquando fuisse mutatum, eamque mutationem sensibus perceptam fuisse, quinimo miracula quando fiunt, sensibus ut plurimum apparere debent: fiunt ergo quidem contra naturae ordinem consuetum, non vero contra sensuum apparentias: at cum accurata veritas circa res naturales ut plurimum repugnet sensuum apparentiae, quae a vulgo pro ipsa veritate recipitur, manifesta satis est ratio diversitatis inter miraculorum, et rerum naturalium tractationem, a Scriptura institutam, quae repugnantia impedit, ut vulgus credere potuerit, si accuratis verbis simplex naturalium rerum veritas fuisset ostensa. Promitt adhuc clariora, quae brevitati studentes omittimus. Confer quoque Excell. *Werenfelsium* de Veritate miraculorum.

S. Scripturae.



CAP.

CAP. VIII.

A quis amaris Sotae sive uxori, adulterii suspectae exhibitis, Num. 5. v. 11. seqq. Hirdophnen fuisse mixtam, haud absolum esset statuere, si firmae forent Rabbiorum nonnullorum sapientiorum sententiae. Sic R. Maimonides Hilch. Sota c. 3. §. 10. expresse scribit: Sacerdos rem amaram in aquas conjicit, uti absynthium, aut quid simile, pluresque citat consentientes Verpas Excell. Wagenfeldius quondam noster, qui

illustravit quicquid Thalmudis Mischna recondit

Versibus, aut Mischnae succenturiata Germana,

in eruditiss. Tr. de Sota cap. 3. p. 441. Cum vero hirdophne sive ardiphne summam involvat amaritiam, et herbis amaris paschalibus addita fuerit, quod haecenus demonstratum; quis a quis hisce maledictis immixtam pariter fuisse neget? Amaricantibus nonnullis impraegnatas fuisse, praeter praecipuam Rabbanisticae Scholae partem, etiam e Christianis viri in hoc studio lyncei et exercitatissimi, quos inter Cl. Drusus et Ainsvorthus apud Polum in Syn. Critic. ad h. l. statuunt, praecipue, cum hanc hypothesin conjecturis satis probabilibus probet R. Salomon Zirza in Explic. Comment. Aben Esrae in Pentateuch. Fons Vitae, inscript. fol. 91. col. 3. Edit. Mantuan. ubi in hunc tenorem Aben Esrae opinioni facem accen-

E nonnullorum arbitrio ad hunc scopum Aben Esra f. m. collimat, quod Sacerdos aquis illis quicquam in- jecerit, et quidem, si post factam genuinam inquisi- tionem clara mulieris innocentiae testimonia existe- rent, rem, quae virtute sua conceptionem in ista pro- moverent; Sin vero in inquisitione suspicio de viola- ta conjugali fide validior nasceretur, cum scelus, non nisi firmissimis rationibus comprobatum, a Synedrio morte expiari queat, venenum immiscuerit, quod ipsi vitae recluderet claustra. Atque haec ratio est, quod Esra vocem המרים Adjectivum esse affir- marit. Huic traditioni si fides habenda, an quid apti- us in hunc scopum hirdophne, productrice illorum sym- ptomatum, quae potionem aquae maledictae comitari, So- tamque afficere solent. Haec sunt, imprimis si Santen Ardoi- num, quem supra cap. V. citavimus, aures praebeamus, se- quentia: angustia vehemens, rugitus et inflatio ventris, men- tis alienatio et aestuatio, inflammatio, ventris fluxus, syncope, et nisi succurratur, mors.

Sed clava quasi Herculis hanc R. Zirzae conjecturam, vel commentum potius, monstri quid alens, prosternit post Ex- cell. Wagenfeilium, fusius Vratislaviensis reverendi quondam gloria chori, Acoluthus, in doctissimo de Aquis amaris ma- ledictionem inferentibus commentario, partim silentio sacrae Scriptu-

Scripturae, partim aliorum Rabbinorum, in Majorum verba non jurantium, sed illis obloquentium, corona. Et profecto Moyfes, dum omnia et singula in lege hac zelotypiae exercenda, adeo accurate depinxit, et imprimis aquae confectio- nem ita praecepit institui, ut ipsa aqua foret sancta, vase eo- que ficti, hauriretur, pulvere et quidem non alio, quam qui in pavimento Tabernaculi jaceret, misceretur, illaque tandem aboleretur scriptura schedae, absynthium, vel hir- dophnen aliamve rem amaram, si qua fuisset adhibenda, non omisisset annotare.

Perplacent igitur, quae in hunc locum consummatissimus Theologus, *Augustus Varenius*, (dum olim in alma Rosarum studiis incumberem, Praeceptor, Hospes, Affinisque filiali post fata observantia colendus venerandusque) commentatus est: *Non quidem gratus palato poterat esse confectus de sordido pulvere, et abluto atro caractere potus, jux- ta facultatem naturalem, quam habiturus erat ex confectioe superiori aestimatus; dubium tamen, an propterea amarissimus. Nihil obstabit, intelligere aquas illas nec ex facultate naturali, nec ex indita supernaturali absolute; sed indita per Verbum respec- tive, non nisi in subjecto reo exercenda; dici pro-*

ut מַרְרִים seu execrationem inducentes ; ita et מרים
i. e. amaras, ratione scilicet existentiae in applicatio-
ne ad ream : Cum contra innocenti bibenti, nec essent
amarae, nec execrationis inductivae: pro quo facit
vehementer positus vocis מרים in v.24. et v.27. et prae-
cedens hic Pascha accentus.

Et quis tot prodigiis divinis factis in gente Israëli-
ca, in hoc zelotypiae probandi negotio non subscribat, cum
gentes etiam profanae hujusmodi prodigiosis occultorum
facinorum veritatem explorari solitae. Sic in perjurii suspi-
cione habebant Ethnici ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ, aquam redargutionis,
prout aqua zelotypiae vocatur a Graecis interpretibus.
Firmat hoc testimonium Philostrati de Vita Apollonii libr.
i. cap. 6. p. 7. Edit. Olear. referentis de aqua juxta Thiana
Asbamoea dicta; haec enim juramenti fidem praestan-
tibus aspectu placida et gustu dulcis, at perjurii
reis palam adversatur. Epota namque oculos pedes-
que ac manus pejerantis invadit, pustulis ac vomitis
totum corpus inquinans ; vel ut Excell. Olearius ver-
tit: moxque et aqua intercute et tabe corripuntur.

Qui

Quivir laudatissimus loc Philostr. libr. III. c. 15. ubi de aqua probationis apud Indos agit, insignem *Pophyrii* quoque locum in fragment. de Styge, cui λίμνης δοκιμαστηρίου, lacus probationis nomen, affert; quibus addi potest aquarum quaedam in Sicilia scaturigo, furti suspicionem dirimens, apud *Macrobium* Saturn. L. V. c. 19. Spectat huc, quod Pausanias L. VII. scriptum reliquit, de sacerdotissis Graecorum, scortationis in simulatis, taurini sanguinis haustu probare solitis; *et eo epoto, inquit, si legi de castitate colenda fraudem fecerit, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην ἔχει, flagitium e vestigio morte luit.*

Nec tamen his gentilium lustrationibus inducor, ut stupendae alias eruditionis Viro, *Spencero*, de Legib. Hebraeorum ritualib. libr. III. cap. II. sect. III. pag. 788. seq. subscribam: qui legem eam latam fuisse asserit, ne populus ille σκληροκαρδῖος in uxores saeviret, quas adulterii haberet suspectas; Deumque Hebraeorum genti rationem miraculosam ad uxoris innocentiam probandam concessisse, ne gentes exteræ prodigio vel privilegio aliquo populum ejus superare viderentur; vel Hebraei zelotypia commoti medio aliquo magico, et inter gentes usitato, ad suspectam uxorum fidem explorandam uterentur.

Atque haec illa sunt, quae de Rhododaphne in medium proferre libuit. Jam vero, finem impositurus, aliis, quibus

bus plus otii suppetit, accuratori examine reliqua com-
mendo, atque qualiacunque haec cogitata ut aequo animo
fascipiat, Benevolum Lectorem Horatiano illo obtestor:

*Vive, vale; si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.*



CON.



CONSTANTINIANA DAFNE.

JAm Colophonem imposueram elaborationi Rhododaphnes, cum Numine propitio ad Sabi Danubii que ripas funderetur ingens Turcarum exercitus. Dum igitur Invictissimi Caesaris nostri, in foedifragos Getas Martis Ultoris exsuperantissimi, triumphalibus lauris cinguntur tempora; haec quoque de Constantiniana Dafne, Danubiali opere, nata est meditatio. Probavi in Rhododaphnes c. i. Daphnen prope Antiochiam Daphnoide Apolline celebrem, Syris et posterioribus Graecis dictam; et Dafnin clarum Calogeorum in Attica, inter Athenas et Eleusinen situm, monasterium a Rhododaphne, ubertim ibi crescente, Cl. Sponio teste, nominatam esse. Monstrat his mihi intento animae dimidium meae, Amicorum certissimus, *Γαυδοσιος Thomasius*, e nummaria, qua abundat, penu, nummum post *Occonem*, *Golzium*, *Baronium*, *Gretserum*, et quos non? a *Patino*, in Numism. M aereis

aereis Impp. p. 466. inter Constantini M. numismata relatum, capite Constantini non galeato, sed lapillis cincto: ex altera parte sedet Victoria, dextra ramum tenens, dubium an verae, vel sylvestris, Victorialis dictae. Nobiliss. *du Fresne*, Dominus *du Cange*, in splendidissima Historia Byzantina p. 18. dextra scipioni inniti credit, laeva autem laurum gestare; hanc alii palmam interpretantur. Calcat praeterea captivum victoria juxta tropaeum; cum epigraphe: CONSTANTINIANA DAFNE. Infra legitur CONS. quo Cl. *Patinus*, *Constantinopolin*, R. P. *Harduinus* in Num. *Secul. Constantin. Civitates Omnes Narbonensis Secundae* designari autumat.

Oedipo indigere hunc nummum, credit versatissimus hoc in studio *Patinus*, et cum Excell. *Begero*, *Thesaur. Brandenb. T. I. p. 806.* tandem concludit: ob continuas victorias laurum totam se Constantino asserere voluisse. Purpuratorum decus, magnus Annalium Ecclesiasticorum conditor, *Baronius*, T. III. p. 690. hanc Constantinianam Dafnen, non lauro, sed potius loco cuidam hoc superbienti nomine, et quidem Daphnai prope Antiochiam, quam Antonio nominare placuit: *Phoebae lauri domum Antioebiae*; vindicare nititur, eamque statua Helenae, matris Constantini, ibi posita, nomen *Augustalis* obtinuisse statuit, ut abolito nempe Apollinis Daphnoidis nomine, transfret ex superstitione in religionem. Obtinuit hoc demum Gallus, qui S. Babylae Martyris loculo illuc translato, Ecclesiam in delubri locum exstruere decrevit, de quo *Sozomenus*. Ex quo tempore nullum amplius responsum daemon dedit, Julianoque Imperatori significavit, ob corpus Martyris ibi situm loqui non posse; quare inde tum asportari curavit. Tradit insuper *Caesar Cardinalis Baronius*, inscriptionem nummi hujus, nonnullis invicem separatas dictiones videri, ideoque debere legi: **CONSTANTINI**

TINI ANADAPHNE; quid autem Anadaphne sit, intactum plane relinquit. Consentit Baronio, Romani Juris longe peritissimus, *Guido Pancirol.* in Thes. variar. lect. utriusque Jur. libr. II. cap. 258. p. 428. nummumque hunc ad Daphnem Antiochiae spectare autumat ad Tit. *de Cupressis ex luco Daphnes non exseindendis*; quem alii plures sequuntur. Sed Daphnem Antiochenam non magis designari hoc nummo, ac Daphnem Lyciae oppidum, de quo *Stephanus Byzantinus*, vel *Herodoti* Daphnes Pelusias, ab Euphorione Daphnufas dictas, mox adducendis rationibus clarum evadet.

Si fides habenda Cl. *Patino*, qui Constantinopoli cufum credit et signatum nummum, in loca huic urbium orbi contigua, Daphnes nomine venientia, esset inquirendum. Exstabat Daphne *Φαινομένη* Stephani, vel potius e correctione magni *Holstenii*, *μαινομένη* sive insana; quo nomine quoque appellatur in *Periplo Pont. Euxin. et Palud. Moeotid.* p. 19. ubi additur: *νῦν λεγόμενον σωσθένην*, nunc *Sosthenes* dicitur; Memorat porro doctiss. *Interpres, Is. Vossius*, ex *Arriano*, *σωσθενεῖον* pariter nominari. Vid. *Geograph. veter. scriptores minor.* a Cl. *Hudson.* edit. vol. I. e *Theatr. Sheldon.* Portum in ore Ponti ad dextram naviganti, quem insanam Daphnem, unde portui nomen, *Rhododaphnem* esse cap. III. ex *Ptolemaeo*, *Hephaestionis* filio, fusius probavimus; *Apollonius Rhodius* *Argon.* libr. II. v. 166. *νεάτην Δάφνην* nominat: ad quem locum videnda, quae ex *Andrea Tenedio* et *Apollodoro* afferuntur a *Scholiasse*.

Est et prope Constantinopolin Daphne *Medeae Pharmacitidis*, inter locum nuncupatum *Senem mortuum*, et promontorium *Estias*, in valle, in qua etiam nunc visuntur, ex relatione *Petri Gillii* *Albiensis* de *Bosporo Thracico* lib. 2. c VIII, rudera aedis *Demetrianae*, in vallicula angusta, undique asperis collibus circumclusa.

Est et Daphnē Byzantia, cultu Apollinis Daphnici praeclarum Constantinopoleos suburbium, in planitie diplocionis ampla, culta, ubique vicina, mitibus et vitiferis vallibus cincta, in qua, referente Historia *Evagrii*, Mammianus insignis Senator, construxerat Antipharum e regione balnei publici, et posita erat Mammiani aerea statua. Credit *Gillius* Antipharon appellatam ex eo, quod sita esset contra Pharam, quam *Marcellinus* dicit fuisse Byzantii, in promontorio *Chrysocera* nuncupato, quod *Dionysius* appellat Bosporium. Agathiam in hoc Daphnes vico habuisse suburbanum, conijcere licet ex ejus Epigrammate inscripto: *in hortum maritimum*, quod *Petr. Gillius* l. c. nobis exhibet. Hinc scriptis *Agathias* Daphnicorum nomen imposuit.

Extitit denique in magno Constantinopolitano Palatio locus, appellatus pariter Daphne, quod ex *Codino* refert Dn. *duCange* in *Histor. Byzant.* et quidem Constantinopol. Christiana L. II. c. IV. p. 122. Locus ita nominatus a statua Daphnes fatidicae ibi posita; vel quod ibi Calendis Januariis Senatus a populo τὰς Δάφνας acciperet. *Suidas* Daphnen statuit in Augusteo, ubi statuam, ait, Helenae matris Constantini stetit εἰς τὸ ἀσκεπὲς τῆς Δάφνης, et ab eo locum appellatum Augusteum. Patet hinc manifestus error *Card. Baronii*, *Panciroli* aliorumque, qui ut Constantinianam Daphnen Antiochenae vindicarent, statuam matris Constantini et Augusteum huc transtulerunt. *Theophani* p. 374. et *Leoni Grammatico* p. 458. Daphne illa pars est magni Palatii, ad quam stetit Oratorium Sancti Stephani, diciturque ἐκκλησίον τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ, ut *Simeon Logotheta* in *Michael* n. IX. et *Leo Grammat.* p. 458. habent, cit. Dn. *du Fresne*. l. c. Sed an haec loca omnia, Daphnes dicta, unquam *Constantiniana* fuerint cognominata, vel cognominari promeruerint, nemo certo affirmet.

Ad aliam Daphnen veriore, et huic nummo convenientiorem, ducimur ab eruditissimo *Gretsero*, celeberrimo Societatis Jesu Theologo, in aureo, quem de Cruce scripsit, opere T. III. Libr. I. cap. XXXI. Secuti eum sunt Vir Divinarum et humarum rerum scientissimus, *Jac. Gothofredus* Not. in Libr. VII. Cod. Theodos. Tit. I. de re militari p. 273. ingens Galliae literatae decus, *H. Valesius*, Not. in *Ammian. Marcell.* Libr. XXVII. cap. V. pag. 376. Edit. *Excell. Gronovii*, qui nummum hunc Tab. VI. huic

VI. huic Edit. praefixa pariter exhibet. R. P. *Harduin.* in curis secundis ad Num. antiq. Popul. et Urb. illustr. Edit. Paris. in 4. p. 598. (in nova enim editione *Selestorum Operum* Amstelod. Ac. 1709. Daphnis plane omissa est) et denique Illustriss. *Spanheimius* Observ. ad Julian. Imperator. Orat. I. p. 266 Probant hi ex *Procopii* loco Libr. IV. de Aedificiis cap. VII. p. 83. Μεθ' ὃ δὴ τὸ Τραμακαρίσκας (*Valesius* legit τρισμαρίσκας) ὀχύρωμά ἐστιν. Οὕπερ καταντικρὺ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπειρῶ Κωνσταντῖνός ποτε Ῥωμαίων βασιλεὺς Φρῦριον οὐκ ἀπημελημένος ἀποδομήσατο Δάφνην ὄνομα, οὐκ ἀξύμφορον νενομικῶς εἶναι φυλάσσειν τὰύτη τὸν ποταμὸν ἐκατέρωθεν. *Sequitur* *arch Tramacarisca*, cui in opposita continente respondet *Daphne*, castellum olim a *Constantino* Romanorum Imperatore haud negligenter extructum, cum e re publica esse existimaret, ut ibi utraque fluminis *Danubii* ripa praesidio teneretur. Et cap. XI. inter *Castella* *Istro* apposita, *Κωνσταντιανὰ* habet pro *Κωνσταντινιανὰ*, uti credit R. P. *Harduinus* l. c. Datur tamen *Constantina* quoque, latissime a nostra distans *Constantiniana*, montis prope inaccessi vertici imposita, distans *Tuneto* 45. vel 50. *Bona* 20. vel 25. et *Algeria* 70. milliaribus *Germanicis*, *Circa* olim dicta, quam accuratissime descripsit et editypo ab *Amplissimo* *Witzio*, Reipubl. Amstelod. Consule dignissimo, communicato illustravit *Vir*, nescio an dignitate, ingenio vel literis illustrior, *Gisb. Cuperus*, Not. in *Lactant. de Mort. Persecutor.* p. 234. seqq. Nec mirum cuiquam videbitur, recepti pridem apud nobilissimas *Romani orbis* civitates moris gnaro, *Constantiniana* huic noviter extructae arci cognomen impositum fuisse. Hujus quippe rei obvia est, maxime in antiqua nummorum suppellectile, ratio: ut nempe a quibus urbes erectae aut ornatae fuerant et beneficiis affectae, ab eorum Imperatorum, tanquam totidem loci vel conditorum vel restitutorum, nominibus appellationes frequenter mutuarentur, quod plurimis exemplis doctissime, uti solet, asseruit, ὁ πᾶνυ. *Spanheimius* l. c. p. 266. seqq.

Situs hujus a *Constantino* noviter extructi munimenti, sive *Daphnes Constantinianae*, patet ex loco *Procopii* modo adducto, nempe ex adverso *Castelli Trismacariscae* in opposita continente. Vocatur *Ptolemaeo* *Τρισμαρίσκα*, in *Tabb. Peutingerianis*, *Trasmarisca*, forte pro *Transmarisca*: Sic enim *Itinerarium Antonini* et *Notitia Dignitatum Imperii*

Orientis exprimunt. Conjectura viri, cui Geographica studia plurimum debent, Transmariscam dici quasi Transmarisiam vult, a fluvio Daciae Moesiaque Mariso, qui *Straboni* Libr. VII. *Μαίσιος*, Ravennati Anonymo, Marisia, Ptolemaeo *Παβών* audiens, ex Dacia transverse sub nomine *Marocz* Tibisco (vel uti in veteri Inscriptione apud Gruterum, Tibisso) miscetur, in Danubium exonerandus; per quem Marisiam fluvium auriferum, Romanos milites olim vasa ad belli usum necessaria, devehere solitos esse, *Georgius a Reichersdorff* in Chorograph. Transylv. testatur. Cum igitur trans Marisium sive Mariscum fluvium, Moesiam versus constructum hoc Castellum, Transmarisiam vel Transmariscam dictum autumat. Firma quidem foret haec conjectura, si in Moesia superiore sive prima illud fuisset situm: cum vero in Moesia secunda, ad ripam Danubii Pontum Euxinum versus, inter Durostorum et Axiopolin a *Ptolemaeo* locetur Tromarisca; dubius certe huius conjecturae locus. Hic ex mente *Cl. Panciroli* Not. in Notit. Dignit. Imp. Or. cap. CLIII, quandoque Jura Diocletianus condidit. L. 28. C. de Fideicom. in quibus mendose legitur *Trans mare* pro Transmariscas. Erat sub dispositione Viri spectabilis, ducis Moesiae secundae: hinc in Notit. Imper. Orient. inter *Auxiliares, milites Novenses Transmariscas*; item inter *Legiones Ripares praefecturae Legionis undecimae Claudiaae cohortis quintae pedaturae superioris Transmariscas, et Praefecturae ripae Legionis undecimae Claudiaae cohortis quintae pedaturae inferioris Transmariscas* recensentur. Milites *Novenses Transmariscas* quod concernit, erant illi ex Novo oppido, alias Theodosiopolis, vel Novae Alilae dicto, ad ripam Danubii, ubi excubabant, inde Novenses appellati. Ad reliquos praefecturae Legionis XI. Claudiaae quod attinet, e *Dione* constat Libr. LV. Undecimam Claudianam Legionem in Moesia Inferiori fuisse, quam a se Claudius cognominavit; ea vero tota non debebat Transmariscas, sed pars erat Durostori. Haec Cohors superiorem et inferiorem ripam tuebatur Tromariscas, aut per errorem, quod Pancirolo placet, est duplicata.

Fusus haec de Transmarisca sive Ptolemaei Tromarisca dicta, ut situs Daphnes ex adverso in opposita continente eo melius innotesceret. Ne mireris tamen hujus castelli nusquam in Tabulis Geographicis fieri mentionem, invenireque locum: cum enim paene omnibus mediae aevi et posteriorum temporum Geographis Ptolemaeanae pro norma fuerint, hic
vero

vero Pelusiensis (quem in Geographia et Astrorum scientia divinissimum et sapientissimum virum appellavit Heracleota Marcianus in Periplus.) jam tempore M. Aurelii Antonini floruerit, Dafne autem demum sub Constantino M. extructa, non mirum exulare illam in Tabulis, quam tamen ex locis Ammiani et Procopii adductis, nosse potuissent et debuissent.

Occasionem extruendi hoc Castellum maximo Imperatori praebuere, Scytharum, Sarmatarum, praecipue autem Gothorum irruptiones. Discimus hoc ex Auctore veteri Anonymo, qui olim apud *Sirmundum* exstabat, postea vero a praestantissimo H. Valefio cum Ammiano Marcellino editus est. Haec ille memoriae tradidit, p. 506. Edit. Gronov. Cum esset Thessalonicae Constantinus, Gothi, (et Sauromatae sub rege Rausimodo, ut Zosimus refert L. II. p. 93. seqq. Edit. Sheldon.) *per neglectos limites* erumpentes, et vastata Thracia Moesiaque *praedas* agentes, Constantini tenore (Valefius *terrore* legit) et metu repressi, captivos impetrata pace reddiderunt. Zosimus Libr. II. p. 117. Edit. e Theatr. Sheldon. hac occasione optimum Imperatorem infelatur, quod limitem Imperii Romani Barbaris exposuerit, utpote submotâ majore militum parte a limitibus, contractisque iis in urbibus, nullius opis indigentibus. Sed quis de fide Zosimi dubitare non incipiat, cum e Daphnes extruente in limite, Barbarorum incursionibus infami, alia omnia pateant. Firmat hoc ulterius Cl. Gothofredus ad *L. I. de comment.* ubi tam enixe in id incubuit vigilantissimus Imperator, ne milites a castris aut signis vel praetenturis suis abducerentur, Barbaris hoc ipso praedandi facultatem adimens. Verum est itaque Photii Patriarchae de Zosimo iudicium, referentis, eum, religionem paganam secutum, in pluribus adversus pios saepissime latrare.

Instituit autem Constantinus his in limitaneis locis disciplinam militarem, milite nominatim sub signis suis retento, *praetenturarum* nomine, de quibus fusius Cl. Dodwellus in elegantiss. Diff. de Ripa Striga §. VII. et IX. Abunde hoc porro probant Constantiniani Daphnenses et Balista ii Dafnenses, quorum mentio in Notit. Dignit. Imperii. Suberant hi Magistro militum per Thraciam, qui tres vexillationes Palatinas, quatuor Comitatus, legiones Comitatus XXI, quas inter Constantiniani et Balistarii Dafnenses erant, regebat. Priores in signo gestabant, secundum *Panciroelum* l. c. in lutea parma globum aureum, duobus

duobus circulis, caeruleo luteoque, cinctum, quem a IV. partibus ter-
na coerulea flagella circumstabant. Indicabat hoc flagellandos hostes,
qui Romanum orbem, duobus junctis Imperiis munitum, impetierint;
quale flagelli genus in aureis nummis ipsum Justinianum Imperatorem,
barbaris minitantem, manu tenere asserit toties laudatus *Pancirolus*,

Posteriores, nempe Balistarii Daphnenses, in parma rubra habebant au-
reum globum, duobus circulis, coeruleo et luteo, cinctum, qui octo
acutas cuspides emittunt, quemadmodum Fortenses auxiliarii sub Ma-
gistro militum per Orientem. Margo duplici limbo circumdatur, luteo
et viridi.

Ex his satis apparet, inter munitissima munimenta extitisse Daph-
nen Constantinianam, nummumque hunc fuisse cusum et signatum,
cum Gothi, uti Anonymus supra citatus, et a Valesio editus scribit,
Constantini terrore et metu repressi essent, captivique impetrata pace
redditi, Daphnes nempe ope. $\Delta\alpha\Phi\upsilon\eta$ enim Graece Laurus: itaque
Constantiniana Dafne, Victoria est Constantini Maximi. Sic fatur R. P.
Harduinus. Hanc Victoriam obtinuisse suspicatur Cl. Patinus XII. Kal.
Maji A. V. MLXXXIV.

Gothicae hujus Victoriae testes existant quoque, apud Nobiliss. du
Fresne in Familiis Byzantinis, bini Nummi Constantini M. alter *de de-
victis gentibus Barbaris*, alter *de Victoria Constantini Gothica*. Quae
Numismata apud Dn. du Fresne disjunguntur, in nummo Palatini The-
sauri Cl. Regeri p. 569. conjuncta cernuntur, pleniore inscriptione, typo
elegantissimo. Caput est laureatum, cum inscriptione: IMP. CON-
STANTINVS MAX. AVG. In aversa miles Romanus captivum ad
Imperatorem, militari habitu adstantem, trahit. Inscriptio talis est: DE-
BELLATORI GENTIVM BARBARARVM. GOTHIA. Scilicet
Imperatori Maximo, gentium barbararum debellatori, nec Gothi potuere
resistere. *Tametsi Barbari et Gothi*, scribit *Socrates*, in agros Romanos
irruptionem facerent, tamen Imperatoris institutum in Ecclesiis con-
struendis nequaquam praepeditum est, sed utrique negotio provide ab
eo prospectum. Nam istos, crucis vexillo, quod est Christianorum pro-
prium, in praelio fretus, tam fortiter devicit, ut non solum tributum,
quod

quod ab antiquis Imperatoribus dari solebat Barbaris, ipse illis penitus ademerit, sed illi etiam, quod in credibile, Victoria obstupefacti, tunc colamis evasunt, se totos traderent. Ob tantam pactum Imperatori Christianissimo Victoriam cur non Dapnem porrigeret triumphalem. contra Barbarorum irruptionem erecta Constantiniana Dafne. Hincque putet cur Imperator hic Graecis ἱσαποστολος vel ὁ ἐν βασιλεῦσι Ἀπόστολος dicatur promoruit porropp.

Pronceruit porro in condendis munimentis, et limitibus contra Barbarorum in cursiones affecurandis, Imperatoris inde esse vigilantia nummum, a Cl. Patino in Num. Imper. ex aet. Med. et minim. formae p. 466. recensitum, in quo Funis vel aliud aedificium, quod Dapnem Constantinianam interpretatur Rev. p. Harduinus, Iunis secund. ad Numm. Pop. et V. cum Inscriptione: PROVIDENTIA AVGG. Cl. Patinus suspicatur, nummum a Filiis in Constantini Patris memoriam percussum, Augustosque plures duplicata litera GG. designari. Stellam insuper superium positam Apotheosia denotare credit. Sed cum plures Imperatoris hujus nummi similes, omnes *allato huic nummo*, sine Dapnes inscriptione, memoriam dubius hic reo, an nostram hanc Constantinianam tangat. Quod si quis nobis demonstret stellam hujus munimenti fuisse proprium insigne, quae tamen in pluribus Constantianis nummis conspicitur, aliquid roboris accederet huic conjecturae; praesertim cum balistariis Dapnensibus, uti jam inuimus, in parma fuerit globus aureus octo acutos cuspides emittens, adeoque stellae parma dissimilis.

Melius in hanc Imperatoris constantissimam Industriam vigilantiamque quadraret Nummus Aureus inter ducis Arschotani Caroli Numismata a Jacobo de Bla recensitum et apud Harduin. in Numism. secul. Constantin. p. 476. in quo Caput Constantini Lomiasa in averfa parte Inscriptio PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI SAPIENTIA; expressum autem in figura Symbolum conjuncta cum prudentia et sapientia virtutis militaris. Colonne Sapientiae robur stabilitatemque designat e. constantia. Noctum Minervae sacra, seu ipsa Minervam Ecum gentilam sapientiae tutelarem sive dotes eos Constantino communicatas.

(98)

Ad columnam reclinatur hasta, Clypeus Galea, ac si sapientiae arma se submittant et vim ut ait Horatius *temperatam* sapientia, Dii quovque promoveant in majus. Absit quae ad providentiam Augusti spectant, ad Daphnes exstructionem trahamus.

Cum successu temporis et Barbaris et Daphne et Trimarisca destructae essent, constabant enim primitus e Procopii testimonio libr. IV. de Aedific. cap. 6. potissimum e Turr, stabilique muro circum datus) Justinianus Caesar in muniendis limitibus, si Procopio fides habenda, occupatissimus, ut plura alia castella ad Istrum haec quoque insigniori amplitudine, et ad majorem ferocitatem firmioribus munitamentis restauravit, ex quibus illinc retro actis Romanis militibus, (belli enim alea anceps) novo vigore novoque robore hosti possent resistere; qui ipso loca haec variis incursionibus Barbarorum exposita, in firmas securasque sedes mutavit. Addebat enim Imperator his limitaneis munitamentis, praesidio instructis qualem Daphnen fuisse ex Constantinianis ac balistariis Daphnensibus jam probavimus exterrum quoque Castorum obsidionalium limitem. Id discimus ex Anonymi libello de rebus Bellicis, citato ab Excell. Dodwello Differt. de Ripa striga: Sic enim ille: *Est praeterea inter commoda Reip. utilis limitum cura, ambientium ubique latus Imperii, quorum tutelae assidua melius castella prospicient, ita ut millenis interjecta passibus stabili muro, et turnibus firmissimis erigantur. Quas quidem muritiones possessorum distributa sollicitudo sine publico sumtu, constituat, vigiliis in his et agrariis exercendis, ut provinciarum quicq; circumdata, quodam praesidii cingulo requiescat.*

Pro-

Promittebam mihi ex operis *Danubiaelis Marsigliani Pro-
dromo*, maximo stupendoque molinime, aliquid de daphne,
vel ejus minimum situ et raderibus solarii, quippe ripenses
antiquitates omnes militares, constantes ex fortalitiis sive
aggeribus et circumvallationibus, recensendo, clare demon-
strat, Romanas fuisse, quod sub aggeribus istis ac ruderi-
bus, numismata, lapides cum inscriptionibus, et similia
quae inter Elephantum quoque ossa fuerint juventa; sed in
enumeratione harum antiquitatum militarium Danubii
daphnes nostrae plane dememinit; ac ingenue tandem fa-
tetur: antiquas denominationes quae alicubi dantur locorum ab
*Authoribus priscis indicatorum, adjicere nec librisse, nec profuis-
se, cum tanta sit inter eos discrepantia in universum tanta am-
bignitas, ut negotium conciliationis inter illos suscepturus, potius
in Labyrinthum inextricabilem videatur incidere, quam ut opta-
tum finem sit consecuturus.*

Interim tamen stationem ad Daphnem lusoriarum fuisse
haud absolum erit statuere. De his lusoriis *Danuviiis* (sic
pariter in nummo Trajani ap. Cl. Tristan *Commentair histo-
rius*. T. I. p. 391. et R. p. Harduin. in *Hist. August.* e num.
p. 749. et in Gruter. *Inscript. oper. pro Danubii* legitur,)
libr. VIII. Cod. Theod. Tit. XVII. agitur. Luxuriae lusoriae
militares naves, ad belli aleam praeparatae erant; eas distin-
xit a liburnis *Vegeius Vir inluster*, lomes, et bellici appara-
tus scriptor scientissimus libr. II. c. I. *Liburnae quibus maria,
lusoriae quibus flumina scabantur.* Sic de lusoriis *Rheni* in *Vit.
Bonosi*. Sic idem, quum quodam tempore in *Rheno* Romanas lu-
xuras, (pro luxurias) *Germani* incendissent, timore ne poenas decet
sumsit impetirem. et fufius ad huc de suis lusoriis *Rheni* mili-
taris

(100) 58
taris ille Historicus *Ammianus Marcellinus* libr. 18. qui et *luforiarum Mosae* libr. 17. meminerat.

Id nominis e mente Cl. J. *Gothofredi* obtinere, quod ludere sit agitari et morari ac discurrere, ac proinde non abusive, sed propriae laforiae naces omnes dictae quibus discurritur sive ad delitias, ludam, lasciviamque ac laxuriam, ac proinde imbelles ac delicatae; sive ad excursus militarem et armatae, sive militibus armatis instructae, cujuscunque illae modi sunt, majores vel minores; id quod ex plurimis scriptoribus veteribus probare nititur.

Dicebantur autem *luforiarum* aliae *judiciariae*, aliae *agrarienses* quod patet ex unica lege Tit. XVII. libr. VII. *Cod. Theodos.* *Judiciariae* erant *Dromonis* qui per fluvium discurrebant, *speculaturae*, *judicaturae*, *exploraturae*, nam qui hostis percurreret; *scaphae exploratoriae* *Veget.* libr. V. c. 7. *Agrarienses* vero *laforiae* erant, quae in flumine quidem ludentes id est haerentes non discurrebant, verum *slatariae* erant, et interea dum *judiciariae* specularentur, in conflictus specula, *maritissima* statione, (navali scilicet) degebant; id enim *agrariae* vox involvit; et ut brevibus rem explicem, pontis quasi navalis vices praeberent. Ad *Daphnen* tales existisse *naves stantes* uti *Livio* et *Hirtio* passim, vocantur, dicitur ex *Ammian. Marcell.* libr. 27. c. V. p. 376. Edit. *Gronov.* ubi de *Valente* haec narrat: *pubescente vere quaesito innum exercitu prope Daphnem nomine munimentum est castrametatus! ponteque contabulato supra navium foros flumen transgressus est Histrum, resistentibus nullis; haec satis confirmare*

mare videntur eaque de lusoriis agrariis sive ponte navali ad daphnen haecenus protuli, quamvis non pontibus tantum contabulatis supra navium foecos, sed et pontibus saxeis et stupendis conatibus fluviorum hic poene maximas subjugum raptus sit; id quod pons Trajani, opus sec. *Procopium* Apollodori Damasceni, quo Ister suis in utraque ripa claustris communitus est, satis evincit. Vid praee aliis qui pontes hujus meminere, laudatissimi operis *Danubialis Maysigliari Prodrromus* T. II. p. I. §. XXX. pag. 21. Constantinum quoque Magnum pontem Saxeum Danubio imposuisse riposque et hinc inde constructa cayella junxisse, non ex Cedreno tantum, sed et fusius ex Niceph. Callist. 7. c. 49. probari potest.

Scilicet maxima Imperatorum cura erat, cum in navibus securitas Imperii, in his Danubii limitibus verteretur, ut singulis annis tot veteres lusoriae repararentur, vel tot novae aedificarentur, quod luculenter patet ex vera Lege jam citata Tit. XVII. libr. VII. *Cod. Theodos.* quam Imperatores Honorius et Theodosius A. A. Constanti Magistro militum per Thraeticas (leg. Thracias) dedere. Hanc navium aedificandarum curam ap. Athenienses ad senatum quingentorum pertinentem, extollit in *Androtiana Demosthenes* et Petricles ipsis Author fuerat, ut ro quotannis aedificarentur; hinc *Vipianus* pariter testatur, quod et apud Romanos vix Reipublicae amores quis habitus fuerit, qui non singularem curam aedificandarum navium gessisset.

Innoluit hoc Imperatorum orientalium in lusoriis Danubii pro curandis studium; pariter CAROLO Imperatori nostro

nōstro tot belli tot Pacis artibus sapientissimo, ideoque aeternitate dignissimo, quo certe nihil majus nihil augustius orbis terrarum nunc alit et habet; hinc suscipiundo contra Infideles nupent bello, haud minimum curarum partem in Classe Danubiali expediunde posuit. ratus inde suavissimos Victoriae fructus, in advehendo Exercitui commeatu explorandisque hostium conatibus, percipi posse. *Annuit im-*

mensa DEI bonitas tantusque Curas AVGVSTISSIMI CAESARIS Patriae Patris Indulgentissimi, internecina pene sacranorum clade, nuperrima bravit.

Nec sine faustissimo omine factum reor, quod dum omne, qua late patet Imperium Romano - Germanicum,

imo' universus orbis Christianus ob Natalem **LEOPOLDI AVGVSTISSIMI INFANTIS** non sibi solum sed

mundo geriti, gaudiis adhuc exultat, et ut disesso nunc orbitatis metu, orbis aeternitati perennitatem Gloriosissimi

stemmatis aequare velit DEVS T. O. M. laeto pioque voto precatur; latissime hoc Austriaco Astro exoriente, in luces

Thracas scythasque sacrilegos Christianus armaretur exercitus, castra moveret, denique hostes sub illo Belli fulmine

et tulclari Augustae Domus Genio **EVGENIO** Principe, Duce fortissime adonietur et vinceret. Post atrocissimam

enim pugnam, vix visis Trocarum copiis commissam supremi Numinis auspicio, cui immortales ideo gratias dicunt

boni omnes, tot mollibus desideratis relictis castris splendidissimis, omnique apparatur bellico, hostes capeffere fugam salutemque feralem in saevi Istrique flaertis quaerere

coaæi sunt: Sic Imperatorum Maximus frangit tamenten

Bosponam *Victor-*

*Victor que submittit superbum
AVSTRIAE O solio tyrannum.*

EVGENIVS tanquam **MARSVLXOR**

mox tropaea

E Geticis repetita castris

Gente Germana volucris

Trans scythia Tanaimque

proferet et plantabit. Fugit nempe oriente sole Austriax
novo, astrotum cohors, barbaricaeque pollescit Cynthiae

INFANTIS tenerum nescia ferre labor.

Quis hoc sine DEI Providentia singulari factum credat, vi-
illum reperes, qui exinde non auspiciatissima capiet augu-
ria, de hac caelo demissa Progerie Disque simillino Principe

Nempe venturi fallert praesagia: habendus

Ipsè tamen magnos maximus inter avos.

Austriatum fortuna novum ei porturit orbem

Augusto angustus Principe mundus erit.

Erit praeterea (laete ominor) victoria haec Instrumenta se-
quentis, et **TVORVM AVGVSTISSIME CAESAR,**
PATRIAE PATER indulgentissime auspiorum consors
FILIVS SERENISSIMVS ARCHIDVX LEOPOL-
DVS vitae suae diesper victorias numerabit, ut jure summo
EXVPERATOR OMN. GENT. BARBAR. dici
queas, quod nominis Constantino Magno tribuit nummus
ap. Cl. Valentium in Numism. max. Modul. pag. 250. Sic
AVSTRIAE Erit Imperare Orienti Vniverso, cum

socia-

sociata Hadriacae sili Reginae Classe, fracta Getarum Terrae
 marsque vi, per Hellespontum Pontumque Euxinum, quo
 rurent Danubii undae, ad exterminandam gentem inpiem
 foedifragamque irruet, palmasque et laureas Austriacas cu-
 mulestis victoriis nulla seculorum diuturnitate marcescentes,
 aeternasque efficiet sic de aeternitate Augustissimae Domus,
 bonorum Imperii civium quisque auguratum; Nam
AVSTRIA Erit In Orbe Ultima

*Aemula nam coelo, nunquam caesara manebit
 Aut si casura est, tunc simul astra cadent:*

Haec DAFNES occasione vires ominor, atque Deo immorta-
 li humillimam Vota persolvens, ardentissimas ad eundem
 preces fundo, ut hac ipso adhuc circa victricia Augustissimi
**CAROLI nostri arma in vicinam collocet Dafnes, efficiatque
 et CONSTANTINIANA, CAROLINAM DAFNEN**

